BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
13
10 A
24
CoL
E

M

PETRI PICI

IVR. CON. ELO-
QVENTISS. EQVI-
TIS, ET COMITIS PA-
LATINI, AC CON-
SILIARII CAE-
SAREII.

Præclaræ & perutiles Repetitiones,
nempè

In L. ij. C. de reſcindenda venditione.
In L. Siquis cum aliter. ff. de verbo. obliga.
In L. Siquis arbitratu. ff de verbo. obliga.

Acceſſerunt his ſummæ
copioſiſsimæ.

PAPIAE
Apud Hieronymum Bartolum.
M D LXIIII.

BIBLIOTECA NAZ.
ROMA
VITTORIO EMANUELE

S. Andrea della Valle.

13 10 A 24

AMPLISSIMO VIRO, THOMAE LANGVSCO

STROPIANAE COMITI, ET
Dictionis Subalpinæ
Magno Cancel-
lario.

PETRVS PICVS VLS.
Iuriſconſultus.
S. P. D.

COGITANTI plerunq; mihi, Comes Ampliſſimæ, ac multum cum animo repu tanti, qui ab omni memoria ſatius de hominum genere meriti

ſunt, ii longiſsime omnium hac dignisſimi gloria videri ſolent; qui cum præclariſsimarum artium, atq; nobiliſsimarum diſciplinarum rationes reperiſsent, eas quidem poſteritati tradiderunt. Conficierunt enim, nos vt perciperemus, quo nihil præſtātius, nihil omninò ſalutarius, aut ad vitæ humanæ rationem ac cōſilium aptius excogitari poterat: etenim cū homines, tametſi rationis completi, & orationis, pleriſq; in rebus inferiores cæteris animantibus ſint, ſi præclaras animorum quidem ſuorum dotes, quibus ſunt à matre rerum omnium natura ſubornati ignorarint. Quippe qui non intelli-

telliget quanta in ſe rerum geren darum inſtrumēta poſsideat, nihil iam amplius efficere, aut meditari poterit, quàm penè dicam belluæ ipſæ, quas natura ad corporis noſtri obſequium procreauit. At vero qui penitus probè ſeſe agnouerit, nihil profectò niſi magna quædam, atq; eximia enitetur: neque verò vnquam conſidebit, quamdiu ad huiuſcemodi naturæ intelligentiam permanabit, vt ſe tandem in ea ipſum planè diſgnoſcere poſsit. Nam illa quidem eſt ingenita, atq; iniuſta mortalibus veri viuendi cupiditas, vt nihil auidius expetimus, quàm noui quidquam ſemper legere, audire, in-

tueri, oblectamurq; vel ab ineun te ætate rebus commentitijs, quæ præſertim aliquod pium ma iorum rerum indicium habeant. Quam quidem rem cùm depræhendiſſent ii, qui principes doctrina atq, ingenio enituerunt, & hanc hominis naturam, virtutum omnium auidam eſſe ac capacem intuerentur, ſi quiſquam bonis eam inſtitutis expoliret: quid quaq; in re certi incideret, frequenti animaduerſione, crebraq; meditatione perceptum, literis præſcripſerunt. Cum autem quæ ſua ſponte prudentiſsimi ac ſubtiliſsimi homines efficerent, ea auſpicati eſſent atq; collegiſſent, tum poſteri ſu-

perio-

periorum ſapientiſsimorum virorum grauiſsimis edocti monumentis, per multa atq; egregia de ſuo præcepta ipſi ad communem hominum vtilitatem attulerunt. Ac multis quidem poſt ſæculis perinde ſenſim artes & ſcientiæ morales inuentæ ſunt, & perfectæ, quibus ſanè, quemadmodum in ſpeculis, naturæ tum nouitatem, tum præſtantiam queamus contueri: in his verò non primarij quidem, ſed omnium qui modò ediderunt, in Philoſophia, atq, in omni doctrinarum genere claruerũt, Plato, Ariſtoteles, Theophraſtus, Heuclides, Hipocrates, Galenus, alijq; innumerabiles, quos

tacitus prætereo: plerique verò Iuriſconſulti Romani in Iuriſprudentia excellentiſsimi fuerunt, quanquam hi non tantum artis,& doctrinæ,ſuo quidem ſtudio adhibuerunt, quantum laboris & ſolertiæ. At mehercule adhuc ſordida Iuris Ciuilis ſcientia,& denſis tenebris circumfuſa videbatur, donec ei Bartolus, Baldus, Alexander, Iaſon, Decius, Paulus de Caſtro, ac Budeus, nec non complures alij multa ex omni ſcientiarum genere, & maxima congeſſerunt ornamenta. Ac nonnulli quidem hoc tempore clariſsimi inſunt Iuriſconſulti illuſtri ingenio, & ſingulari doctrina præditi, inter

quos

quos planè excellẽtiſsimum Hieronymum Cagnolum, veluti noſtri temporis clariſsimum lumen & ornamentum intueor, qui multos Pandectarum locos tantò literarum lumine ſuis doctiſsimis, ac ſubtiliſsimis lucubrationibus illuſtrauit, vt reliquis locis, qui ſuperſunt, illuminandis facultatem tradiderit. Nec ſilentio prætereundum cenſeo, peritiſsimum, ac celebratiſſimum Aymonem Crauetam, virtute, atque ſapientia ornatiſsimum, qui quidem huic ſtudio ſuis eruditiſsimis cõmentarijs multum, & ſplendoris attulit, & intelligentiæ. Quorum quidem exempla, ego quoq; ſecutus, vt meam

qua-

qualēcunq; doctrinæ & induſtriæ portionem Iuris profeſsoribus conferrem, cum iam nonnulla in Iuris ciuilis ſcientia Commentaria conſcripſerim, horum omnium tres potiſsimum Repetitiones, quæ mihi magis memoratu dignæ videbantur, tibi præſtantiſsime Comes, cui quidem in primis, tum propter ſingulares planèq; diuinas animi tui dotes, tum etiam ob propenſam atque beneficam in literis præditos homines voluntatem, plurimum debeo, dedicaui, vt in tuo ampliſſimo nomine Iuris ſtudioſis apparerent. Cuius enim ſapientiæ, fidei, ac probitati potius, quàm ſapientiſsimi, religioſiſsimi,

mi,

mi, atque optimi Iuris, nec non ciuilium omniũ in dictione Subalpina Magiſttatuũ Antiſtiti cõmendatos eſſe oportuit. Itaque boni Conſules quicquid eſt hoc muneris, quo me Amplitudini tuæ gratificari volui: nullum ſanè maius, atque excellentius habui, quod mitterem. Atqui vtinam hoc quidem ornatius ad ſplendidiſsimam grauitatem tuam venire potuiſſet, ſed qualecunque eſt, ſempiternum tribuet omnibus teſtimonium meæ erga tuam Amplitudinem voluntatis. Hanc igitur noſtram tenuẽ intelligentiam, tui nominis fulgenti honore decoratam, eo vultu, optime Comes, ſuſcipere di-

gne-

gneris, quo ſoles vel gratiſsima; vel ab tuis additiſsimis clientulis profecta munera, te vehementer etiam, atque etiam oro, & obſecro. Ita enim emulorum, obtrectationes nihil pertimeſcam; cum aduerſus eas te, cui in tanto dignitatis, atque auctoritatis gradu, nulla ferè amplius inuidia nocere poteſt, quemadmodum quidem præſens quoddam, phylactyrion, opponere poſsim: ac non mediocris ſanè meo tandem animo flagrantia admouebitur, vt & hæc, & quæ in hoc genere pleraque alia conſcripſi, quæ adhuc abdita penes me deliteſcunt, in lucem aliquando, non nihil quàm hæc iam ſunt,

com-

comptiora & ſplendidiora prodeant. Sis fęlix, Illuſtris Comes, ac in annos quamplurimos florens, & incolumis.
Papiæ, Decimo quinto Cal. Sextilis. M D LXIIII.

PETRI [illegible] IURIS-

CONSULTI [illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

SUMMA.

1 Diuiſio [illegible]
2 In [illegible] procedat.
3 Quid [illegible] procuratore [illegible] vendere [illegible]
4 An [illegible] in arbitrium [illegible] locandi [illegible]
5 Vt [illegible] a procuratore [illegible] dominus [illegible] [illegible]
6 Declaratur [illegible]
7 [illegible] arbitrium [illegible] [illegible] [illegible] ſpecie [illegible] iure [illegible]
8 An [illegible] in [illegible] conceſſa.

PETRI PICI IVRISCONSVLTI ELEGANS ET FRVCTVM AFFERENS NON MEDIOCREM

Repetitio l.ij.C.de reſcin.vend.

SVMMAE.

1 Diuiſio l.
2 In quibus caſibus procedat.
3 Quid ſi per procuratorem generalem venditio facta ſit.
4 An hæc reſciſio in arbitramento locum habeat.
5 Vt reſcindatur contractus venditionis a procuratore generali factus dimidiæ partis læſionẽ requiri, nõ item ſexte, aduerſus Bart.
6 Declarata l. vnde ſi nerue.
7 In arbitramentis quælibet læſio præter compromittentis ſpem eucnire cenſetur.
8 An hæc lex ex interuentu decreti iudicis ceſſet.

9 Iudice preſēte ceſſat preſumptio frau dis,ac doli.

10 Nō ſequitur Iudicis preſentia facit ceſ ſare præſumptionem fraudis, ergo fraus non interuenit.

11 In venditionibus minorum ſemper iu dicis decretum requiritur.

12 Iudicis decretū non derogat Iuri.

13 Decretū Iudicis inducit præſumptio- nem venditionem ſcienter factam fuiſſe,ideo qui vuult vti ben. huius l. debet probare ignorantiam.

14 An hæc l. habeat locū in vēditione fa- cta eccleſie.

15 An item in caſu retrouenditionis.

16 An item ſi quis teſtamento vendere damnatus ſit.

17 Quid in eo caſu vbi in ſolutum traddi- tum eſt.

18 Quid ſi res publice ſubhaſtata ſit

19 Vēditiones rerum eccleſiaſticarū per ſubhaſtationes fieri.

20 Quid ſi venditor læſionem ſciuerit. et num. 50.

21 Et quid ſi res incerta venieri, veluti, iactus

iactus retis.

22 Si res vendita ſit,cui in hereat vitium, an ceſſante vitio locus ſi huic l.

23 An etiam ob latentem qualitatem rei, quæ adaperta pretiũ augere poſsit, & num. 25. 26. 27.

24 Dominiũ Theſauri latentis in re vendita transfertur per contractũ venditionis.

28 An hæc l. habeat locũ in ceteris contractibus,tam ſtricti iuris, quam bonefidei, & num. 32. 35.

29 Contractus bonefid., licet reducatur in ſtipulat. vt fieri quottidie a notarijs ſolet, tamen priorem naturam retinet.

30 Hæc l. locũ ſibi & in trãſactione vendicat & num. 36. 37.

31 Quommodo arbitramẽtũ iniquũ probetur & num. 39.

33 An hæc l. habet locũ in feudo, & emphiteuſi.

34 Habere locũ (ſecundum Io. and.) in contractibus permutationis tantũ.

38 Contractus tranſactionis eius naturæ

 cenſetur

cenſetur,cuius eſt contractus,cui in terponitur.
40 Quæ actio pro.ben.huius l.competat, & num. 41. 42.
43 Quo remedio agatur ad reſcindendũ contractum,qui eſt nullus.
44 Quomodo formetur libellus in reſceſcionis petitione.
45 Cautelle aduerſus beneficium huius l.
46 Renuntiatio Iurius quid, & quomodo operetur,
47 Vt euitetur hæc l. ponẽdam eſſe in Inſtrumento clauſulam, venditorem ſciuiſſe minus dimidia rem venire
48 Iuramentũ quid, & qualiter operetur.
49 Cautela vt apponatur in inſtrumento clauſula & venditor ſi res plus valet donat.
51 Declarata vltima pars l. & nu. 63. 54.
52 Quid ſi dolus ex parte emptoris interueniat,
55 An ſi venditor probet rem de preſenti x. valere ſufficiat.
57 Quid ſi emptor iterum benafid. vendiderit, an venditor aduerſus poſtremum

ſtremum venditorem aget.

58 Quid ſi res vendita caſu perijt.

59 An ſi emptor alteri rem obligauit, deinde venditori reſtituit, poſsit creditor iure hypotecæ rem a venditore aduocare, & benefi. huius le. vti.

60 Quid ſi emptor deceptus ſit, & quomodo ei ſuccurratur.

61 Quomodo probandus valor.

62 Valorem poſſe per extimũ commune probari.

63 Quemadmodum per teſtes probandus ſit.

64 Quid ſi res vendita mobilis ſit.

65 Quomodo probetur error.

66 Quid ſi deceptio tã ex emptoris, quã ex venditoris parte interueniat.

R*EM MAIORIS. SI ALIQVIS in venditione decipitur vlt. dimidiam iuſti pretij, poteſt agere, vt reſcindatur, vel iuſtum pretium ſuppleatur h. d. Secundum Bart.*

1 † *& continet duo dicta, primo ꝙ venditor deceptus vltra dimidiam iuſti pretij agit, vt ſuppleatur ſecundum formam huius l. ſecundum*

dictum eſt, q in poteſtate emptoris eſt eo caſu vel pretium ſupplere vel rem reſtituere, videndum eſt ergo de veritate iſtorum & circa primum reſpon. videndum eſt primo an procedat, indiſtincte. ſecundo quid iuris ſit in alijs contractibus tam bonefidei quàm ſtricti iuris iij. qua actione agat. iiij. forma libelli. v. & vltimo dicendum eſt, que poſſit eſſe cautela ad tollẽdum
2 *beneſitium huius leg.* † *Et quidem circa primum dico quòd l. iſta loquitur pluribus modis, primo vt procedat in vẽditione quã quis per ſe*
3 *ipſum celebrauit* † *per alium, cum ſpeciali tamen mandato de vendendo tanto pretio* † *ſiño eſſet vendita per procuratorem habentem generale mandatum & minori pretio, ſi quidem doloſe vendendo eſſet funditus nulla l. diligenter ff. man. ſed ſi non doloſe valet ſed ad eam reſcindendam ſufficit leſio in vi. parte pretij, vt poſſit reſcindi vendendo niſi ſuppleatur hoc tenet Bar. in l. ſi ſocietatem* § *arbitrorum ff. pro*
4 *ſot. per tex. in l. vñ ſi nerue eod. tit.* † *hinc infẽt ipſe ad reſcindendum arbitramentum tamquam iniquum ſufficit leſio in vi. parte, quia arbitramentum eſt contractus habet enim vim tranſactionis & celebrationis inter partes in*

medio

medio arbitratoris de quo infra latius et hanc ſñiam approbãt Communiter doc. maxime Pau. 5 de Caſt. hic † contrariũ tñ tenet Io. de Imo. in l. ſi quis cum aliter de verb. oblig. tenet .n. ipſe ꝗ ubi procurator habet ſpetiale mandatum & vendit rẽ dñi, ꝗ ad reſcindendam venditionem reqr, deceptio in dimidia nec ſufficit leſio in vi. parte, mouetur per tex. in l. ſi. voluntate infra eo. qui tex. vult venditionem factã à procuratore per matrem conſtituto non retractari, niſi interueniat deceptio vſq; addimidiam iuſti pretij. ſecondo mouetur per c. dilecti et c. in noſtra de emp. & vend. quæ Iura volunt vẽditionem factam de re Eccleſi. à prælato, qui dicitur Eccleſie generalis procurator, vt extra de dona. c. fi. ſerenitatem & ij. q. prima ſi. cum ſi. non reſcindi niſi inter veniat deceptio vſque ad dimidiam, quæ iura ſunt contraria opi. Bar. ſecundum eum ad quod optime facit ſecũdum ipſum l. qui fundum. §. procurator. ff. pro empto. & facit etiam ratio ſecundum eum, quoniã eſt quid imputandum ipſi Domino, qui conſtituit talem procuratorem. ff. de mino. l. cum mandato. ff. de 6 inſti. l. ſed et ſi quis. §. fi. † Ad d. l. alleg. per Bar. reſpondet ipſe, ꝗ ſi recte inſpitiatur, nõ fuit de-

ceptio in vi. parte ſed in tertia cum ſocietas de
beret diuidi pro equalibus partibus leg. ſi non
fuerint. ff. pro ſot. & ſi diceres ergo cum eius
decepti. in minori quantitate quàm dimidia,
verbi cauſa puta iij. eſt potens ad reſcindendum
contractum primi reſpondet ipſe hoc eſſe
7 falſum ſed hoc ſpetiale eſt in arbitramento †
quia qualiſcunque leſio interueniat dicitur con
tingere preter ſpem compromitentium, qui de
comuni amico conſiderunt ar. l. vnum extra
familia ad ſi. de le. ij. & l. libertate de op. lib.
ideo ſtatuit lex leſionē tertia parte cōtingentē
valere, ad reſciſionem arbitramenti. coīter tñ
tenetur opi. Bart. quam ſequitur Bald. in d. §.
8 & Paulus hic † Secundo non procedit iſta lex
quando venditio eſſet facta cum iudicis decre-
9 to tunc enim ceſſat prouiſio huius leg. † quoniam
iudicis preſentia facit ceſſare preſumptio
nem fraudis & doli ſuſpitionem, ita ſing. dixit
Bar. in l. i. C. de predi. cu. li. x. & in l. ſi quos
ſpontaneos eod. ti. & hanc opi. tenet Pau. hic
& mod. & alij mod. tenent contrariū primo
10 † Quia non ualet ar. iudicis preſentia facit
ceſſare preſum. vel ſuſpitionem fraudis ergo
fraus nō interuenit ita ꝙ ceſſare debeat huius

leg.

leg. diſpoſitio vel benefitiū. ſecundo quia ſi hoc eſſet verum, ſequeretur ꝙ minori vendenti cum
11 iudicis decreto, † quod ſemper eſt neceſſarium in alienatione rerum minorum l. ob es C. de pre di. mino. non competeret benefitium huius leg. vel benefitium reſtitutionis in integ. ſed hoc eſt falſum vt ſupra de predi. mi. l. et ſi quidem et lege ſi ex. cauſa in princ. leg. & minor de mi-
12 no. † preterea iudicis decretum non debet derogare iuri & ſic ben. iſtius le. vt l. i. de fer. preterea et fortius ſi ea ratione interueniēte iudicis decreto ceſſaret benefitium huius leg. cum ſemper fraudis preſumptio per l. quotiens ſ. qui dolum de prob. ceſſet niſi probetur vnde concludunt ipſi ꝙ iudicis decretum non tollit pro
13 uiſionem huius l. † Addunt tamen ipſi, quòd inducit preſumptionem, ꝙ venditor ſcienter uē didit rem minori pretio per text. in l. i. al. per Bar. & non aliter auditur ſi uult vti ben. huius l. niſi probet ignorantiam ſuam, euidentiſſimis probationibus ſic concludunt ipſi & maxime Ludo. in d. l. ſi quis cum aliter poſſet enim opi. Bar. procedere eo caſu quo iuſta cauſa cognita decretum in vendi. interpoſuiſſet informando ſe de vero valore rei vel alleg. extimo

comunis

14 *comunis ar. ad hoc dic. l. de mino. † Tertio non procedit huius l, diſpoſitio in ven. facta Ecclesie, quia ibi ceſſat preſump. fraudis cum Ecclesi. neminem velit decipere nec pati fieri iniuſtitiam ita no. glo. xi. q. i. c. hoc ius porrectum ſed hoc reprobant mod. et maxime Pau. de Ca. hic per c. dilecti & cap. cum cauſam de emp. & ven. Que iura loquuntur in venditione facta Eccleſiæ & per Eccleſiam & tamē debet locus eſſe. beneſitio huius l. & ratio quæ per d. glo. all. fac. contra quia Eccleſi. quæ neminem vult decipere facilius debet pati vēditorē vti ben. huius l. quàm perſona non Eccleſiaſtica.*

15 *†Quarto non proced. hæc l. ſi appoſitum eſſet pactum ꝙ reſtituto pretio infra annū venditor poſſit rem ſuam recuperare, et infra annum hoc non fecit, lapſo enim anno non auditur ſi vellet vti beneſitio huius l. quia videtur renuntiatum per lapſum anni, & hanc opi. videtur tenuiſſe Bald. in Rub. de vſu. & Ludo. hic Cont. tamē tenet ipſe met Bal. quia cum ipſi vendi. competant duo iura, licet per lapſum anni videtur renuntiatum facultati ſibi competēti ex ſua prouiſione, non propter hoc intelligitur renuntiaſſe iuri ſibi competenti ex prouiſione huius l. ar.*

ff. de

ff. de ſot. vr. pre. leg. ſi domus & hanc opi. te-
16 net hic Pau. de Caſt. † Quinto non procedit
lex iſta vbi venditor vendidiſſet, eo quia dam-
natus eſſet vendere ex vltima voluntate, quia
grauatus a teſtatore ita dixit ſing. Bal. in l. ſi
imperator. §. ſi cum de leg. ij. quod procedit ſe-
cundum mod. doc. ſi eſſet grauatus vendẽ cer-
to & determinato pretio, alias ſi ſimpliciter
fuiſſet grauatus tunc vendẽdo minus dimidia,
poſſet vti benefi. huius l. per ea quæ habentur
in l. fideiuſſor. §. meminiſſe ſecundum Ludo. vbi
17 ſup. † Sexto non procedit le. iſta vbi res ca-
pta eſſet pro executione ſententie, & per iudi-
cem adiudicata, eſſet creditori inſolutum, tex.
eſt ſing. in l. à diuo pio. §. ſi pignora de re iudica.
fac. glo. in ver. contentus & in ver. debitum.
Quod Bal. in leg. ordo C. de exe. re. iu. in ver.
modo quæro & Ludo. in d. l. ſi quis cum aliter.
18 † Septimo non eſt locus beneficio huius l. vbi
res eſſet vendita per pub. ſubhaſtationẽ, ex eo
quia ſubaſtatio preſupponit rem uenditam eſſe
pretio rationabili, & per conſeqũs venditorem
non eſſe deceptum vlti. dimidiã iuſti pretij &
ita dicit Ang. in l. ſciendum de verb. oblig. per
ea quæ habentur in l. pretia rerum ad l. Falci.

hoc

hoc tamen eſt falſum, & in contrarium no. Bar. per illum tex. in l.i. de preſc. xxx. anno. & eſt bonus tex. & ibi Pau. qui tenet opi. Bar. in l. ſi quia infra eo. tit. & contra Ang. facit etiam ratio, quia ſequeretur ꝙ in Eccleſia rem vendente non haberet locum benefitium huius leg.
19 *† cum venditio rerum Eccleſiaſt. ſemper fiat per ſubaſtationem vt in authe. hoc ius porrectum de ſacroſ. Eccleſ. ſed hoc eſt falſum vt in c. cum dilecti & in c. cum cauſam allegatis ergo*
20 *opi. Ang. ñ bõa † Octauo non eſt locus diſpoſitioni huius leg. vbi vendit. ſcienter vendidit rem minori pretio eſt enim quod ſibi imputet. ita dixit ſpec. in titu. de empto. & vendi. in §. nunc videndum ver. & quid ſi aliquis per tex. in lege i. in fin. de ac. emp. ſequitur Barto. hic & Bald. allegat pro eo caſum in leg. quæritur in §. fin. de editi. & alleg. mod. tex. in lege demum §. quoquomodo. ff. de contrah. emp. arguendo de perſona emptoris ad venditorem.*
21 *† Nono & vltimo non procedit vbi res vendita eſſet incerta quia eſſet venditus iactus retis vel captio animalis, tunc enim ceſſat huius l. benefitium ſi res capta minus valeat, quàm ſit dimidia iuſti pretij & hoc tam ex parte emptoris*

ptoris

ptoris quàm venditoris l. nec emptio §. i. de con
trahen. emp. & leg. cum haberes de hære. vel
ac. vend. & l. errorem in § fin. cum leg. ſequ.
emp. & ita not. dicti Ludo. in dict. leg. ſi quis
22 de act. cum aliter in antepe. columna † Vl-
timo no. ex primo quæſito duo ſing. primo quòd
ſi res fuit vendita iuſto pretio conſiderato vi-
tio quod illi coheret ſi poſtea ceſſet illud vi-
tium & ſic incipiat non eſſe vendita iuſto pre-
tio, ꝙ non eſt per hoc opus diſpoſitioni huius l.
tex. eſt ſing. cum glo. in l. habitatorem in prin.
23 de peric. & co. rei ven. † Noto etiam quòd
ſi pretium erat iuſtum conſiderata ſolum ipſa
re. ſed in iuſtum ſecundum alterius rei qualita-
tem latentem in ipſa re vendita puta theſauri
ꝙ locus eſt beneſi. huius l. ſecundum Ludou.
24 & no. quòd dominum theſauri latentis in re
empta transfertur propter contractum vendi-
toris, vt eſt text. not. in leg. ſi tutor iun. glo.
ff. de rei vendi. merito eius debet haberi conſi-
25 der. an res ſit vendita iuſto pretio † in con-
trarium tamen fac. quia ex quo vēditor igno-
rauit theſaurum eſſe in fundo non poteſt vi-
deri illum vendidiſſe cum nemo vēdat id quod
ignorat l. in lege ff. de cont. emp. refert tamen

Ludo.

Ludo. ſe conſuluiſſe pro prima parte per tex. in
26 *lege à tutore* † *Item ratione quia an res ſit vendita iuſto pretio conſiderari debet tempus rei uen. conſiderando non ſolum rem apparenter ſed exiſtentem vt leg. ſi voluntas infra eo. & l. iij §. diuus de iure ſi. ſed in propoſito ſi conſi deraretur exiſtens res vendita conſtat de manifeſta in iuſtitia pretij ergo & cætera* † *Itē*
27 *ſicut videmus, quòd quando fundus locatus efficitur melior caſu fortuito augetur penſio vt no. glo. ordinaria in leg. incertis §. vis maior ff. loca licet ſecus ſit ſi facto conductoris vt leg. ij. C. de fun. patri. libro xi. & leg. ſi quis C. de om. ag. deſ. eo. li. & non placet per glo. & Cano. in c. probibemus extra de cenſi. ita pariter dicere poſſumus, quòd ſi res vendita caſu fortuito habens originem antecedentem venditionem efficiatur longè melioris conditionis, vt eſt ſi in ea reperiatur theſaurus, quòd cogatur emptor venditori ſupplere pretium nec eſt abſurdum arguen. de contractu locationis ad contractum venditionis per ea quæ habentur in leg. ij. ff. loca. & ex his prima queſtio eſt expedita.*
28 † *Eſt ſecundo loco videndum, an benefitium huius leg. vendicet ſibi locum in alijs contra-*

ctibus

ctibus tam bonefidei quàm ſtricti iuris & Bar. hic ponit regulam poſt glo. quòd in omnibus alijs contractibus tam bonefid. quàm ſtricti iuris habet locum benefitium huius leg. & quòd in contractibus benefidei habeat locum benefitium huius l. probat ipſe per Tex. in leg.i.ff. ex qui ca. in poſ. maiores & leg. in contractibus eodem titulo & l. in maioribus ſupra vtri. iudi. licet in contractibus ſtricti iuris glo. dicat non habere locum benefitium huius l. niſi quo ad agendum in eis locum habeat ſubdit tantũ quòd eſt differentia in hoc quia in cõtractibus bonefidei venditor conuentus ad rei reſtitutionem poteſt ſe tueri except. vt ſupra de hære. vel ac. vendi. le. querendum poſt rem autem traditam habet actionem ex eo contractu, quia eſt bonefidei vbi in ea veniunt vſure & aliæ acceſſiones ſed in contractibus ſtricti iuris licet antequam ſoluat, habeat executionem paratam poſt quàm ſoluit habet conditionem indebiti quæ eſt ſtricti iuris in qua non veniunt acceſſiones vel vſure l. i. de condi. inde. hinc infert ipſe ad duo
29 *† primo quòd ſi contractus bonefidei deducatur in ſtipulationẽ, vt comuniter faciunt notarij, qui in omnibus inſtrumentis apponunt*

ponunt ſtipulationē, quòd nihilominus boneſi. huius l. locus erit, & iudicabitur de ipſo contractu tamquam ſi eſſet bonefidei quam opi.ſentit glo. in dict. lege ſi quis cum aliter & etiam

30 *hic* † *Secundo infert ipſe, quòd in contractu tranſactionis locus eſt huic l. ex quo in cæteris alijs contractibus ſtricti iuris locum habet, & idem tenet in dict. leg. ſi quis cum aliter vbi latius iſta duo examinantur addit tamen ipſe, ꝙ hoc caſu conſideratur valor rei, de qua litigabatur vt ſi ſit, deceptus vltra dimidiam illius habeat locum beneſitium huius lege ar. not. per glo. in leg. per diuerſas. C. man.*

31 † *hinc infert ipſe quòd quando arbitramentū petitur redduci ad arbitrium boni viri, tamquam ſit iniquum & ad detegendum iniquitatem arbitramenti non inſpicitur, an arbitrator ſit arbitratus alias, quòd ius vellet ſeu an arbitratus ſit plus vel minus quàm valeat dubius euentus litis, quod dicit ipſe ſummopere laudandum, & idem dixit in l. ſi ſotietatem in*

32 *§ arbitratorum. ff. pro ſot.* † *Videndum eſt ergo de his omnibus & eorum virtute, & ecce primum dictum vult hic Bar. beneſitium huius l. locum habere in alijs contractibus bonefidei*

bene

bene loquitur & eius ſententiã probant doct. per iura per eum allegata, vendicat ergo ſibi locum diſpoſitio huius leg. non ſolum in contractibus venditionis ſed etiam in contractu diuiſionis vt d. l. & in maioribus, q̃ in cõtractu locatiõis locũ habeat beneficiũ hu. l. adde ad materiã pulchra verb. Lud. in quodã cõ. incipiẽte Oĩpotentis Dei &c. pro pleniori cõſultatione & diſcuſſione propoſite cõſultati onis. Item in cõtractu locationis & hoc tenet glo. in terminis in l. fidei infra loca. & in l. in vẽditione §. 1. de bo. auc. iudi. poſ. & Bar. in l. itẽ ſi in pretio in §. quemadmodũ ff. loca. & eſt bonus tex. in l. 1. §. ſiquis in fraudẽ ff. de his quæ in fraud. pat. Item in contractu dotis vt probatur in l. iure ſuccurſum in §. fi. ff. de iuredo. & nõ. glo. in l. ſi ex cauſa §. fi. de minoribus: & generaliter in omnibus contractibus bonefidei: ſimiliter dum vult Bar. beneficium huius leg. locum habere in omnibus contractibus ſtricti iuris quoad remedium agendi & excipiendi bene loquitur et eius opi. approbãt cõmuniter
33 *doct. reiecta opi. glo. & Cy.† Aduerte tamẽ, quia dubitatio eſt quid in contractu feudi & emphiteoſis & Spec. in huius fuit ſibi ipſi contra-*

trarius: nam in tit.de emp. & vendi.§. nunc videndum ver.ſed nunquid. tenet ꝙ in his duo bus non habeat locum beneficium huius leg.in tit.de loc.§.nunc vero aliqua verſ. 90. tenet contrarium & hanc vltimam partem tenent doct.hic Pau. & Bal.& Ludo.in d.l. ſiquis cũ aliter & ꝙ in cõtractu feudi locũ habeat ſãc. qui locũ habet in cõtractu locationis vtſupra dictum eſt, ergo idẽ in cõtractu emphit. inſti.

34 *loca.§.adeo † Illud tamen ſcias ꝙ Io.And.in c.dilectus prealle.voluit ꝙ beneficium huius l. ſolum ſibi locũ vendicare in contractibus permutationis, quia habet magnam conformitatem cum contractu venditionis l.ij. de cõtrah. emp.l.fin.de re.permut.l.fi. in quibus ca.ma.in alijs aũt cõtractibus bonefidei vel ſtricti Iuris dixit Io.And. beneficium huius leg. locum nõ habere, cõmunis tamen opi. eſt in contrarium vtſupra dixi.*

35 *† Circa ſecundum dum dixit Bar.ſimiliter ꝙ beneficium huius leg.habet locum in contracti bus bonefidei vel ſtricti Iuris propoſita condictione indebi. ſimiliter bene loquitur & cõmuniter per doct.approbatur de quo tamen latius dicetur in iij.q.principali.*

Circa

36 † *Circa quartum dum infert Bar. ꝙ beneficiũ huius leg. locum habeat in contractu tranſactionis, dic ꝙ in hoc eſt nõ parua dubitatio & Din. tenuit contrarium per tex. vbi videtur caſus in l, Lutius. §. fi. ff. ad Treb. quam opi. tenuit Innoc. in d. c. cum cauſam & Spec. in d. §. nunc videndum verſ. quid in tranſactione, & eſt cõmunis opi. apud Cano. & eandem ſententiam ſequitur Bal. hic & in l. fi. ſupra de contrah. empt. & pro iſtorũ opi. adducuntur multæ rationes. Et primo quia ſpecialiter permiſſum eſt in contractu tranſactionis vt pro modico pretio poſſet quis renuntiare magno emolumento, quod nihil aliud eſt quam mediãte hoc contractu permittere deceptionẽ vltra dimidiam iuſti pretij l. cum hi in princip. ff. de tranſ. Secũdo quia tranſactio equiparatur iuramento leg. poſt rem iuſi ff. de tranſ. l. ij. ff. de Iureiur. & l. ꝙ ſi deſerente ff. de dol. ergo niſi a tranſactione. Tertio quia cõtractus tranſactionis eſt alias transliberationis & fauore liberationis ſtatutum eſt, vt contractus tranſactionis non poſſit reſcindi pretextu nouorum inſtrumentorum ex quibus pro leſio enormis in x. non in l. admonendi, & hoc ſpecialiter ſtatu*

tũ eſt in contractu tranſactionis l.ſub pretextu la prima ſupra de tranſ.ergo &c.Quarto quia trãſactio eſt remediũ lituum finiendarũ: hinc ſtatutum eſt ꝙ impedimenta litis ingreſſum leg.eleganter ꝟ.ſi quis patet de condi.inde.l.fratris ſupra de trãſ.& c.1.de lit.cont.in vi. ratio quia non eſt conueniens, vt pretextu litis deceptionis ab ea diſcedatur & noualis ſuſcitetur. Quinto quia non poteſt proprie trãſigens appellare ſe leſum, cum incertum eſſet qualis futura eſſet Iudicis ſententia ar.eo. que habentur in l.in fideicom.ſupra de tran.& in l. pater puellæ ſupra de inoſ.teſt.& in l.ſi ea ſupra diuerſ. Sexto pro hac parte fac.ratio quia multa ſpecialia ſtatuta videmus a lege in contractu tranſactionis propter lites minuendas; eſt enim ſtatutum in eo vt non ſit locus preſentia & re integra, licet in alijs contractibus innominatis ſit ſecus l. quamuis ſupra de tuen. non eſt ergo mirum ſi in ea hoc ſpecialiter ſit ſtatutũ. Vltimo pro hac parte allegatur tex. in l.à diuo pio ꝟ.ſi pign.ff.de reiudi.infra quia illud pactũ tranſegiſſet, qui tex. videtur ſentire tacitam tranſactionem impedire beneficium huius leg. ergo multo fortius expreſſa valet

impe-

impedire: his rationibus moti ſunt predicti docto. & maxime Bal. ad tenendam hanc opini.
37 *† cõmunis tamen opi. eſt opi. Bar. q̃ in cõtractu tranſactionis ſit locus beneficio huius leg. ſi in eo interuenit decreto attento dubio litis euẽtu, qui eſt conſiderandus, non autem attenta extimatione rei ſuper qua fuit tranſactum; illa enim attenta non eſt locus beneficio huius leg. & hoc fatetur Bar. et ita reſpondet ad tex. in d.l. Lutius perdi. allegata & hæc eſt veritas, & pro opi. Bar. adducunt docto. mod. ratione*
38 *† nam contractus tranſactionis Iudicatur eſſe illius naturæ, cuius eſt contractus, ſuperquo interponitur l. de tutela ff. de in inte. reſti. mino. & not. Bar. in l. ſub pretextu la prima, ſupra de tran. aut ergo interponitur ſuper contractu bonefidei, & oportet nos fateri, q̃ locus ſit benefitio huius leg. quia in omnibus contractibus bonefidei vendicat ſibi locum & trãſactio hoc caſu regulatur, ſed naturam huius contractus. Aut interponatur ſuper contractu ſtricti iu. & idẽ oportet nos fateri cum eſſet in contractu ſtricti iu. locus eſt beneficio huius leg. vt ſupra dictum eſt.*
39 *† Circa vltimum quod inferendo dixit Bart.*

videlicet qui vbi petitur reductio laudi ad arbitrium boni viri debet probari iniquitas non reſpectu reipetitæ, ſed cõſiderato euentu litis Bal.in hoc tenet contrarium quia ſecundũ eum quocunq; modo conſtet de iniquitate doli concedere reductio l.vnde ſin nerue ff.pro ſot. nec ſecundum eum eſt curãdum de euentu litis. cũ coram arbitratore nulla dicatur lis etiam vt not.Inno. in c.quintauallis de Iureiu. & hanc opi.ſequitur Ludo. de quibus tamẽ vide latius per eum in d. l. ſiquis cum aliter & pa. hic & ex his eſt expedita 2.queſt.principalis.

40 † Supereſt videre tertio loco. Qua actione agatur eo caſu, quo huiuſmodi leſio interuenit in contractu ad reſciſionem ipſius contractus in qua queſtione glo.magna hic in principio refert duas opi. Primo quorundam qui dixerunt, ꝙ cõpetit ad hoc Iudicis officium nobile, quo mediante venditor petit ſe reſtitui aduerſus venditionem & ex clauſula generali ſi qua mihi iuſta cauſa &c. per tex. in l.in contractibus ſupra ex quib.ca.mai.et addit ꝙ hoc in officium Iudicis durat xxx. annis quod beneficium glo.reprobat, quia officium Iudicis quod datur pro reſtitutione tam maiorum quã mino-

minorum non durat niſi quadriennio l. ſuperſ tacuam de tempo. in integrum reſtitu. Secundo *non eſt vera hæc opi. alia ratione quia per beneficiũ clauſule ſi qua mihi iuxta cauſa &c. ſubuenitur maioribus deceptis negligentia in contrahendo vt videtis glo. in l. fi. de in integ. reſti. quæ incipit hoc abſens. Alia eſt opi. ꝙ datur venditori actio ex eo contractu ad reſciſionem, & ſi diceretur, ꝙ hoc non poteſt ſtare ꝙ actio quæ oritur ex ipſo contractu ad eius implementum, detur ad eius reſciſionem; reſponde ꝙ in contractibus bonefidei propter exuberantiam bonefidei actio, quæ ex illis oritur, datur ad eorum reſciſionem, ſi deceptio aliqua interuenit, ad hoc allegat Iura hoc optimè probantia, tex. in l. ſed Celſus §. ſi fundus annua. ff. de contrah. empto. & l. exempto §. ſiquis virg. ff. de act. emp. & hanc opi. glo. approbat Bar. & hoc cõmuniter appro. omnes doct.*

41 † *Bar. tamen pro intelligentia exordiens altius conſiderat duas cauſas principales prima quando contractus venditionis eſt nullus ipſo Iure, quo caſu concludit Bar. ꝙ agitur ad eius reſciſionem quatenus de facto proceſſit actione ex eo contractu, ſi contractus ſit nul-*

lus ex diſpoſitione contrahentium, & ita pro batur in d. §. ſi fundus annua & in d. §. ſi quis virg. ſecus ſi eſſet nullus abſq; contrahẽtiũ diſpoſitione, quia tũc agetur actione de do. vel alia. l. elegãter in prin. de dol. & ita debet in telligi l. ſi dolo infra eo. licet glo. aliter intẽtat
42 *et in l. meũ.* † *Secũdus caſus eſt quãdo contra ctus venditionis tenet a princ. ſcilicet ex poſt facto petitur reſcindi ex aliqua cauſa, quo caſu concludit Bar. ꝙ ſi eſt prodita aliqua actio ſpe tialis ad eum reſcindendũ, quia metu eſſet factum tunc agetur illa actione l. 1. ſupra eo. Idẽ ſi modus reſcindendi competit ex aliquo bene fitio ſpeciali vt per beneficiũ reſtaurationis in integrum quod competit minoribus, vt per ti tulum ſi aduerſus venditorem. Si vero compe tit de iure cõmuni, tunc agitur actione ex eo contractu l. ij. C. de act. emp. & ideo in propo ſito cum benefitium huius leg. competat de Iure communi nec prodita ſit à lege ſpecialis actio, agitur actione ex eo contractu permiſſa ſecundũ eum, & ſic patet, ſed opi. eſſe verã de*
43 *hoc tamen ar.* † *Quo remedio agatur ad reſci ſionem contractus, quando eſt nullus, vide ple nius per eũdem in l. ſi id quod aurum, de verb. oblig.*

oblig.& ex his remanet tertia queſt. principalis expedita.

44 † *Supereſt quarta queſt. principalis in videndo quomodo debeat formari libellus in quã Bart. hic optimè loquẽs dixit, videndum primo qualiter debet narrare venditor, & quomodo & qualiter debet cõcludere laudem & primo eſſe narrationem dixit Bar. ꝙ quatuor ſunt in eo conſideranda primo debet narrare ꝙ tempore venditionis res tantum valebat, conſideratur etiam in propoſito valore rei ſecundũ tempus venditionis. l. ſi volũtate in fi. infra eo. Secundo ꝙ iuſto errore ductus vendidit minori pretio, aliter ſi ſcienter vendidiſſet eſt quid illi imputetur vt ſupra dictũ eſt, & probatur in l. in maioribus ſupra coi. vtri. Iudi. & in l. & maior fami: hercis. Tertio ꝙ vendidit minori pretio alias dimidia iuſti pretij vt probatur in hac l. Quarto ꝙ paratus eſt pretium quod accepit reſtituere hoc ſimiliter in hac l. probatur In concluſione vero eſt difficultas, & quidam dixerunt veditorem debere concludere hoc modo, videlicet ꝙ petat rẽ ſibi reſtitui iure actionis. officium autem iudicis preterea erit incondennando etiam rem alternatiue iuxta formã*

huius.

huius l. Alij vero dicunt, ꝙ libellus debet alternatiue concludere, quia venditio debet petere rem ſibi reddi vel iuſtum pretium ſuppleri, & hanc approbat Bar. per l. i. ſi maior factus. & hoc procedit quando venditor agit ad reſciſionem contractus, quia deceptus ex eo ꝙ emiſſet vltra iuſtum pretium, quod facere poteſt, vt infra dicitur quid iuris in hoc caſu & quomodo debet emptor narrare & concludere in libello infra dicetur.

45 † Supereſt quinta & vltima queſtio, que eſt in vidēdo, quæ poteſt eſſe bona cautela ad tollendum benefitium huius l. & breuiter concludendo ex dictis omnium, collige quatuor clauſulas. Prima ꝙ venditor in inſtrumento renūtiet benefitio huius l. circa quod tamen ad-
46 uerte † quia hæc renūtiatio fieri poteſt duobus modis, primo viſis generalibus puta quia venditor ſimpliciter renuntiet omnibus ſuis Iuribus & legibus & prima renunciando non tollit benefitium huius l. niſi appareat, ꝙ ſciuit verum pretium huius rei ſed Nico. de Matha. & Bal. hic cuius opi. ſequntur doct. mod. licet Roffre. tenuit cōtrariū, et pro opi. Bal. fac. lex ſed & ſiquis ꝟ. quæſitum eſt an poſſit. ff.

ſiquis

ſiquis caut. Secundo modo poteſt fieri ſpecialiter, ꝙ venditor ſpecialiter renuntiet benefitio huius l. & hoc caſu ſiue talis renunciando fiat expreſſe, ſiue tacitè, ſiue venditor ignorabat verum pretium rei, ſiue ſciebat, ſemper ei preiudicat & tollit benefitium huius l. prerogatiuam generalem l. ſiquis in coſ. ſupra de pac. & per ea que habentur in l. qui iure ff. de re milit. licet enim ſi ignorauit verum pretium, non cogitauerit de illo in ſpecie, tamen videtur cogitaſſe ingenere, quod ſatis eſt ad tollēdum huius l. benefitium per ea que not. in l. ſub pretextu la 2. C. de tranſ. ſic concludit hic Bal. in 4. q. & refert in eadem opi. fuiſſe Roffre. in tit. de act. quam mi. & Nico. de Matha. quod ſequuntur mod. & max. Pau.

47 † *Secunda cautela eſt ꝙ in inſtrumento venditionis apponitur hec verba ꝙ vēditor ſciens verum pretium rei. & dictam rem plus valere & ſe decipi vltra dimidiam &c. ex hac narratione, ex qua conſtat venditorem ſciuiſſe verum pretium rei & ſe vendere minori pretio quam ſit dimidia, tollitur huius leg. benefitium etiam ſi alias venditor non renuntiet benefitio hoc l. & hoc tenet Specu. in tit. de*

emp.

emp.& vendi.ꝯ.nunc videndum reſtat de vē di.ver.quid ſi aliquis ſcienter ad quod fac.infra eo.l.vēditor & idem tenet hic Bar.& Bal. tenentes ꝙ in forma libelli debet venditor ſe aſſerere ingnoraſſe verum pretium rei ad hoc vt libellus concludat vt ſupra dictum eſt.

48 †*Tertia cautela eſt, ꝙ venditor Iuret non venire contra contractū. In quo tamen aduerte, ꝙ aut venditor eſt maior, & tale Iuramētum ſibi preiudicat, vt perdat benefitium huius leg. & hoc ſine dubio per ea que habentur in aūt. ſacramenta puberum C. ſi aduerſus vēdit. Aut vendens eſt minor, & hoc conſidera ꝙ hoc iuramentum poteſt preſtari quatuor modis, primo poteſt Iurare ſimpliciter non venire contra contractum, quo caſu iuramentū hoc operatur, quia facit eum maiorem iuxta not. per glo. in d. aūt. ſacramēta. & ſic videtur Iurare non contrauenire ratione minoris etatis, merito nō perdit hoc caſu beneficium leg. quod competit de Iure cōmuni non benefitio etatis. Secundo modo ſe non venire contra rationem minoris etatis & hoc caſu idem eſt cū hoc benefitium non competat ratione minoris etatis. An autē hoc Iuramentum tollat ei bene-*

neſitium reſtitutionis in integrum examinat hic Bar. et tenet ꝙ ſic, licet Cy. tenuerit cõtra: latius tamẽ de hoc habetur per eum in d. aũt. ſacramẽta, et eius opi. approbãt Cano. Tertiò põt Iurare non cõuenire cõtractui ratione mi noris etatis, vel aliqua quacunq; ratione vel cauſa, & hoc caſu non poteſt vti beneſitio hu ius leg. quoniam per illam clauſulam vel alia quacunq; ratione videtur ſuper beneſitio h. l. iuratum. Item & quarto caſu et fortius, ſi Iu raſſe non contrauenire ſpecialiter exprimen do huius leg. beneſitium quia ſpecialis renun tiatio de beneſitio huius leg. non Iurata preiu dicat venditori, merito fortius ſpecialis renun tiatio Iurata debet illi preiudicare & hec ſunt ex intentione Bar. hic, cuius opi. approbatur

49 *communiter. † Quarta & vltima cautela eſt ꝙ in inſtrumento apponantur iſta verba, & di ctum venditor ſiquid plus valeret donauit ſe cundum Bar. & talia verba non tollerent be neſitium huius l. quia debent referri ad modi cũ l. hoc adiectio ff. de verb. ſigni. licet Di. & male, fuerit in contraria opi. quam damnant hic Bart. & cõmuniter doct. Sed ſi appoſita ſunt iſta verba quantũcumq; ſit pretium tunc*

con-

conſtat de mente venditoris, qui vellet hanc clauſulam referri nedum admodicum ſed ad omne illud in quo pretium verum excedat ideo hec verba tollunt illi benefitium huius l. et iſta fuerunt verba Bal. hic que cõmuniter approbãtur per mo. hic & in d. l. ſi quis cum aliter.

50 † Vltimo iuxta ea que dicta ſunt ſupra de ſcientia no. ꝙ verbi interuenit deceptio vltra dimidiam iuſti pretij. preſumitur venditorem ignoraſſe verum pretium rei & tanta leſio inducit preſumptionẽ ignorantie, licet ſecus eſſet ſi eſſet deceptus in modica quãtitate, quia non preſumetur ignoraſſe, ſed potius ſciuiſſe & iſta fuerunt verba Cy. l. quiſquis infra eo: que not. quia cum eis tranſeunt doc. Illud etiã not. ꝙ ſi in inſtrumento ſunt appoſita verba venditor ſciens &c. illa verba enuntiatiue appoſita in inſtrumento inducunt probationem ſcientiæ & ita not. Bal. ſupra de rei ven l. mater & hic & not. etiã Lu.do. in l. deſid. de verb. ob. & hic & ex his remanet expedita verba principalis queſt. huius l. & per conſequens primum reſpondens.

51 † Supereſt ꝙ examinemus ſecundum quod loquitur de emptore; ſecundum itaq; reſpondens

huius

huius leg. eſt ꝙ ſi in contractu emptoris interuenit deceptio vltra dimidiam iuſti pretij ex parte venditoris, ꝙ in poteſtate emptoris eſt vel pretium ſupplere vel rem reſtituere, hoc primum ſanè intellige, quando deceptio iſta
52 *fuit abſq; dolo emptoris, † ſed ſi deceptio interueniſſet mediante dolo emptoris, tunc emptor preciſè teneretur ad rem reſtituendã nec haberet facultatem rei reſtituẽdæ, tex. eſt cum glo. ſing. infra ſi vend. pigno. l. pe. plus eſt, quia hoc caſu modica deceptio qnanuis eſſet vltra dimidiam iuſti pretij, potens èſt ad contractum reſcindendũ tex. eſt in l. dolus infra eo.*
53 *† Item ſecundo ſanè intellige ꝙ in poteſtate emptoris eſt ſupplere pretium id eſt vſq; ad iuſtum pretium rei, non enim ſufficit ꝙ paratus eſſet vſq; ad dimidiam, ſic dicunt doct. hic & max. Bal. per tex. iſtum dum dicit quod dã-*
54 *te iuſto pretio. † Item tertio ſcias ꝙ conſideratur pretium ſecũdum tempus venditionis, non autem conſideratur tempus anterius, vel poſterius l. ſi voluntate infra eo. & in d. c. dilecti & c. cum cauſam extra de empt. & ven-*
55 *di. † Quid autem ſi venditor probet rem de preſenti valere decem, an preſumatur tempo-*

re

re venditionis tantum valuiſſe, & videtur dicendum ꝙ ſic, quia ex preſenti preſumitur in preteritum l. iij. ſupra de probat. de hoc dic, vt not. per Cy. in aũt quãuis in fi. infra de re iux.
56 *ac. † Item quid econtra ſi venditor probat, ꝙ ante tempus venditionis valebat decem, an preſumitur tantum valuiſſe tempore venditionis, & videtur ꝙ non quoniam in his, quæ variãtur ex tempore, vt ſunt pretia rerum l. pretia rerũ ff. ad l. falci. ex preterito non preſumitur in preſẽs l. ſpadonẽ ꝟ. qui abſolutus de excu. & tẽpo. ear. & in l. ſiue poſſidetis ſupra de probat. In his tamen duabus queſtionibus determinat cõtra Pau. de Caſtro hic, quia pretia rerum ex ſolo curſu temporis nõ variãtur, niſi alia cauſa extrinſeca interueniente puta guerra vel pace. concludit ergo ꝙ hoc totum erit in Iudicis arbitrio, qui habebit diſcernere, an dicta probatio ſuffitiat vel non, hoc tamen limitat quãdo tempus, quod probatur, non eſt multũ diſtans puta decennij, tunc etiam ſi conſtaret de alia cauſa extrinſeca non preſumeretur ex preſenti in preteritum, vel econtra de*
57 *quibus vide per eum hic in princ. † Illud etiã non ꝙ remedium huius l. vtitur venditor con-*

tra

tra emptorem etiam ſi emptor bona fide alij perprius vendidiſſet nõ enim poteſt agere venditor contra ſecũdum emptorem, quia cum eo non contraxit. aget ergo contra primum & quãuis non poſſideat, nec dolo deſierit poſſidere, non eſt ius, quia non agitur reali contra emptorẽ, de cuius natura eſt, vt detur contra poſſeſſorem, ergõ tantũ vel eum qui dolo deſiit poſſidere, ſed aget perſonali, tenebitur ergo emptor redimere rem & reſtituere, vel ſupplere iuſtum pretiũ, ſic concludit glo. circa mediũ cuius opi. ſequuntur Bart. Aug. Bal. & reliqui moder. & Specu. in tit. de empt & vendi. §. nunc videndum verſ. nunquid ſi emptor in

58 *tertia col.* † *Quid autem ſi periſſet res caſu fortuito penes emptorem, dic ſecũdũ glo. quã ſequũtur doct.* ꝙ *non tenetur emptor nec debi*

59 *tor poteſt vti beneſitio buius leg.* † *Dubitatur etiã, Quid ſi emptor alteri obligaſſet rem, deinde reſtituat eã venditori. An tranſeat in eum, cum onere adeo vt poſſit creditor Iure ipothecæ eam aduocare à venditore Bar. in l. in diẽ de aq. pluui. arc. tenet* ꝙ *ſic, quia ius emptoris hoc caſu non reſoluitur extra naturã contractus, ſed ex voluntate ipſius emptoris*

erat enim in eius poteſtate nõ reſtituere rem ſupplendo pretium, merito non reſtituitur res creditoris, quia regula quæ vult ꝙ reſoluto iu re dantis reſoluitur, Ius accipientis procedit. Quando Ius dantis reſoluitur ex natura contractus l. lex vectigalis ff. de pig. ſecus ſi reſol uatur ex voluntate dantis vt impropoſito l. iij. §. ſi. ff. de indiem adiect. Bal. aũt hic latius diſputando tenet contrarium, videlicet ꝙ hoc caſu ius creditoris reſoluatur, quæ reſolutio Iuris emptoris fit ex cauſa de præterito, quæ habuit ortum antequam obligaretur, vnde odium creditorũ ſuccedens videtur intelligere cum illomet onere ſuccedere, non enim potuit emptor plus Iuris conſtituere creditori quã haberet ipſe in re. nemo plus iu. de reg. iur. de quo latius vide hic per eum & eius opi. ſequitur Paul. de Caſtro.

60 † *Vltimo circa hoc reſpõſum not. ꝙ ſicut venditori decepto vltra dimidiam iuſti pretij ſuccurritur beneſitio huius leg. ſic & contra emptori decepto, quia in dubio vltra dimidiam rem emiſſet, maiori pretio ſuccurſum eſt bene ſitio huius leg. & venditor neceſſarie habet vel rem accipere & totum pretium reſtituere*

vel

vel reſtituere tantum de pretio, ꝙ res ſit empta iuſto pretio, ita concludit glo.& ſequuntur doct. Qualiter autē formetur libellus hoc caſu, dic, ꝙ debet narrari & concludi totum econtra eius, quod narratur & concluditur, quando venditor eſt deceptus, de quo dictum eſt in primo reſpon.& quarta q. principali, & ex his remanet expeditũ ſecundum reſponſum. Supereſt vltimo loco pro totali expeditione huius materie videre, primo qualiter probabitur valor rei, ſecundo qualiter probabitur error.

61 † *Circa primum glo. ponit hic aliquos modos circa finem ſui, quos vide: Bar. ponit alium modum, videlicet ꝙ eligantur extimatores duo vel tres homines in arte periti, qui referant Iudici per ea que not. in l. haceditali §. his illud de ſecu. nup.& in l. 1. de ven. inſpi.& in l. comperatores de fide inſtru. vel ꝙ Iudex ipſemet rē inſpiciat, per ea que habētur in l. fi. ff. de Iure dot. in prin. Ang. aũt hic improbat hũc modũ & ratio ſecũdũ eum, quia extimatores vel iudex ipſemet nõ potuerunt extimare rem niſi ſecũdũ tẽpus preſens, quod nõ ſufficit, quoniam conſideratur valor rei ſecundum tempus venditionis l. ſi voluntate in fi. infra eo. mod.*

tamen approbant ſententiã Bar. quoniã ſecundum eos extimatio preſentis tẽporis preſumitur in futurum niſi probetur de alia cauſa extrinſeca, quæ licet alteraſſet valorem ipſius rei expreſẽti realiter preſumitur in preteritũ per not. per Cy. in l. ſi minorem C. de in integ. re-
62 ſti. & ſupra dictũ eſt in 2. reſponſione. † Illud tamen not. ꝙ poteſt valor rei probari per extimum commune, & ſi probat venditor ꝙ tempore venditionis erat extimata tantum in extimo communis ſatis probat, ita not. Bart. in leg. fin. de pred. naui. lib. x. vbi etiam declarat, quomodo debeant teſtes deponere eò ca-
63 ſu. † Quo venditor vult probare extimationem & valorem rei per teſtes ſecundũ dictum glo. ad quod vide etiam not. per Ang. maxime in l. pretia rerum ad l. falſi. predicta aũt
64 procedunt in rebus immobilibus, † ſed ſi res vendita eſſet mobilis, quæ conſiſteret pondere numero vel mẽſura, vel eſſet talis res mobilis, quæ pondere numero non conſiſteret. Quid iuris ſit vide per Bar. hic poſt glo. in fi. qui hec omnia optimè declarat, & eius opi. appro-
65 bant doct. † Circa ſecundum dic, ꝙ ſi interuenit deceptio vltra dimidiam iuſti pretij preſu

nitur

mitur error, niſi aliter probetur de ſcientia, tacita enim deceptio inducit preſumptionẽ erroris, & ideo non eſt opus alia probatione, & ita dixit in l. quisquis in eo, & cõmuniter approbatur vt dictum eſt ſupra in proximo reſponſo in fi. quæ ſunt circa fi.

66 † *Poſtremo glo. hic format. queſt. quando dicitur deceptio interuenire in dimidia tam ex parte venditoris quam ex parte emptoris, & ex parte venditoris res eſt clara, ſed ex parte emptoris eſt aliquid difficultatis & glo. refert aliquas opi & vnã approbat videlicet ſecũdam & illa eſt cõmunis apud docto. Bar. hic cum ea tranſit Bal. & Pau. de Caſt. eam expreſsè approbant, licet Cy. poſt Pet. & malè approbaret opi. glo. reprobatam; & ex his lex iſta cum omni ſua materia vtiliter, ſuperfluis obmiſſis, remanet expedita.*

Laus Deo Patri, & Filio, & Spiritui ſancto. Amen.

PETRI PICI IV. CON:
SOLEMNIS ET VTI
LIS REPETITIO IN

L. Siquis cum aliter ff. de verborum obligationibus.

SVMMAE.

1 Compendium leg.
2 De dolo qui re ipſa committitur non tractari alibi latius a doct.
3 Qualiter probetur dolus.
4 Sequentẽ actum a præmiſſis declarari.
5 Hoc tamen in actu ſtatim ſequuto intelligi.
6 Nec ſimplicem tractatum ſufficere niſi is per partes firmatus ſit.
7 An ſtipulatio errorem continens ſit ipſo iure nulla?
8 Senſus leg.
9 Nullam nõ eſſe ſtipulationem, quæ dolo contracta eſt.
10 Quis dicatur dolus incidens.

11 Stipulationem dolo contractam infirmari, ſi cõtractui bonefid. appoſita ſit.
12 Aſſumit enim naturam contractus cui inheret.
13 Non aſſumit.
14 Gontrariorum ſolutio.
15 Quæ debeat eſſe læſio adhoc vt contineatur dolus in re ipſa.
16 Senſus l ex Raph. Cuman.
17 Quid ſi in materia erratum ſit?
18 Quid ſi ſtipulator tempore contractus affirmaſſet rem decem valere, & pluris eſſe reperiretur?
19 An decepto infra dimidiam ſuccurratur in foro conſcientie?
20 Quid ſi deceptus ſoluit non oppoſita exceptione, an poſsit condictione doli aut in factum actione vti?
21 Bart. opinio exploſa.
22 Exceptio doli ita in fauorem rei ſoluentis inducta eſt ſicut in odiũ actoris.
23 Quid ſi is qui dolo promiſit ſponte ſoluit? & num. 24.
25 An decepto ſoluenti detur incerti cõdictio?

An

26 An appoſiti contractui ſtipulat. habeat locum remedium huius leg.?
27 An nouatio dicatur eo caſu quo ſtipulatio ex interuallo appoſita eſt?
28 Quemadmodum cum priuilegijs prioris contractus ſtipulatio tranſeat.
29 Priuilegia dotis puta legalem dilationem inſequentem ſtipulationem non tranſire.
30 Contrariorum ſolutio.
31 Quomodo remedium l.2. C.de reſcind. habeat locum in tranſactione. & num. 32. 33. 35.
34 Tranſactio inducta eſt ad tollendas lites.
36 Quo caſu trāſactio ſit ipſo iure nulla.
37 Quid in arbitramento faciendum ſit.
38 Non valere arg. in hoc caſu de tranſactione ad arbitramentū, aduerſus Bar.
39 Deffenſa Bart. opinio.
40 An arbitramentum lis dici poſſit?
41 Caſus in quo ad elidendum arbitramentum non eſt neceſſaria probatio dubij euentus litis.
42 Quid probandum ſit cum petitur redu-

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

ci ar-

ci arbitramentũ ad arbitrium boni viri.
43 Quãta debeat eſſe læſio, vt arbitramẽtum reducatur ad arbitrium boni viri.
44 Quid ſi in Inſtrumento venditionis dictum ſit, & ſi plus valet donat? & num. 45. & 46.
47 Cautella vt apponatur in Inſtrumento venditionis & ſi plus valet aut modicum aut plurimum ſit, donat.
48 An in dubio ita donans præſumatur ſciens, vel ignorans?
49 Non valere generale omnium iurium & exceptionum renuntiationem, niſi ſpecialem huic leg. & l. 2. C. de reſcin. vend. renuntiatum ſit.
50. Non obtinere hanc l. & d. l. 2. ſi ſentẽtia Iudicis æſtimatio facta ſit.
51 Item ſi Iudicis decretum interuenit. & num. 52. 53. 54.
55 Item ſi res ſubhaſtata ſit, vt in rebus fiſcalibus fieri ſolet.
56 Item ſi iuſſu teſtatoris vendita ſit.
57 Item ſi per procuratorem: tunc enim ſufficit læſio in 6. parte iuſti pretij.
58 Item ſi res à Iudice creditori adiudicata

cata

cata fuerit.

59 Item ſi pretium rei vendite poſt venditionem ex aliquo accidenti mutatur, tunc enim tempus contractus inſpicitur: excepto ſi emptor in domo empta theſaurum reperit.& nu.60.61.62.

63 Item ſi res incerta vendita ſit, vt iactus retis, & ſimilia. quod & in nomine vendito verum eſt &. num.64.

65 Item ſi venditio facta ſit ea conditione, vt ſi certa die ſolutum non ſit iuſtū pretium ſoluatur.

66 Item ſi venditor iuſtum pretium non eſſe ſciuerit.

67 Item ſi emptori impoſitum eſt aliquod onus, vt ſeruitus, pactum de retrouendendo & ſimilia.

68 Item ſi cum plura corpora eodem pretio vendita ſunt venditor vnius ex his contractu reſcind. petat.

69 Itē non obtinent in feudi alienatione.

70 Item in arbitramento.

71 Item in vēditione facta per creditorē poſt bienniū a die denunciationis ſecundū formā l. fin.C. de iur. dom imp.

Item

72 Item in actu liberationis.
73 Item vbi earundem legum beneficio
74 renuntiatum eſſet.
75 Item ſi in contractu ponitur iuramentum de non contraueniendo. Et quid hoc in caſu de minori dicendum ſit. & num. 76.
77 Item in donatione omnium bonorum facta a profeſſo vel conuerſo ipſi Eccleſiæ licet enormis læſio ſit.
78 Item in permutatum.
79 Item in locatione.
80 Item in diuiſione.
81 Quid ſi equm vendens, morboſum appellauero, nec de ſpeciali morbo, quo afficitur mentionem fecero.
82 Poſſe redhibitoria agere emptorem apud quem bos aut equs emptus infra triduum moritur. & num. 83. 84,
85 Poſt percuſsionem mortuum ex accepto vulnere mortuus cenſeri.

1 *SIQVIS CVM ALITER. ℘ Dolus incidens ex propoſito vel re ipſa non vitiat ipſo iure ſtipulationem, ſed exce-*

ptionem

ptionem promittenti parit, hoc dicit & ſem-
2 per allegatur. † Nam de iſto dolo, qui re ipſa cõmittitur habetur hic melius quã alibi, quia non venit ex propoſito contrahentium, ſed cauſatur ex leſione: quæ ſi eſt magna puta vltra dimidiam facit competere exceptionẽ promittenti, ſicut competeret remediũ l. ij. C. de reſcind. vendi. non ſic ſi non vltra dimidiã: cum ſit licitum vſq; ad illam quantitatem contrahentibus ſe decipere l. in cauſis la ij. ſupra de mino. ſecundum Pau. In glo. prima pro exemplo glo. facit l. ſi tibi lib. de acti. emp. poteſt etiam l. iſta exemplificari circa hoc princ. vt in caſu l. iij. et ibi glo. & doc. C. de don. ante nupt.
3 † Et q̃liter probatur dolus, dic vt colligitur ex tex. et glo. in l. dolus C. de reſc. vẽd. et in l. dolũ C. de dol. vbi glo. ponit exẽplum in eo cui fuit datum ad bibendum de vino albo quaſi aqua
4 mixta rubeo. in glo. ij. ibi veluti fundũ † Contra hoc exemplum argüit Imo. quia ſecundum eum promiſſio fundi ſimpliciter ſequuta intelligitur facta detracto vſufructo, pro vt actũ erat inter partes in precedenti tractatu ar. l. titia §. idem tamen infra eo. & ſic enim erit opus except. doli pro quo facit. Quod voluit

Inno.

Inno. in c. innotuit de arb. & ſequitur Ang. hic, dicit enim ꝙ verba cõtractus poſſunt eſſe dubia & equìuoca, quæ interpretantur, & declarantur ſecundum tractatum precedentem: per quod dicebat Ludo. in conſ. 90. incipiente viſis ac percuntatis ꝙ ſi precedit tractatus in vendendo certam rem, demum reperitur facta traditio & venditio nõ de ea re, ꝙ preſumitur vendita ſed de illa de qua preceſſit tractatus. Pau. vero de Ca. hic & idem Imo. & cõmuniter mod. ſequuntur glo. quia d. §. idem reſpondit cum aliјs ſupradictis procedunt quãdo verba actus ſequentis ſunt ambigua & generalia quo caſu talia preſumuntur ſubiecta, qualia predicata demonſtrant, vt in §. preterea inſti. de inuti. ſtip. Sed in exemplo glo. ſunt verba certa quæ non patiuntur detractionẽ vſusfructus, vt probatur in l. ſi aliј ſupra de vſufruc. leg. vbi de proprio ſignificatu verſ. fundus, intelligitur plena proprietas cum vſufructu,
5 *† Aduertendum tamen ſecundum Bal. Ang. & Imo. ꝙ iſte tex. debet intelligi in contractu in continenti ſequuto poſt tractatũ vnde not. ipſi ex iſto tex. & ſemper allegatur ꝙ ſi precedit tractatus firmatus de cõtrahendo vno modo*

do

do et in cõtinenti ſequitur cõtractus alio modo non propterea preſumitur dolus vel ſimulatio niſi probetur quod dicunt eſſe ſing. nam eſt valdè vtile ſecundum Ang. cum quotidie videmus inter partes fuiſſet alias tractatum de pignorando, nam etiã ſi reperitur contractus in forma venditionis non propterea preſumetur cõtractus ſimulatus & feneraticius, niſi concurrant alia adminicula ſcilicet pactũ de reuendendo, modicitas pretij vt conſuetudo fenerandi iuxta not. in c. illo vos de pigno. & in c. ad noſtram de emp. & uendit. & in c. queſitus & ibi bona glo. extra de vſur. & per Bar. et Bal. in l. pacta nouiſſima C. de pact. Si tamẽ precedit tractatus de promittendo decem & poſtea promittuntur quindecim in continenti & ex hoc dicitur cõtineri dolum reipſa et producit exceptionem doli vt probat iſte tex. in ſi continuatus ad principium ſecundũ Bal. & Ang. qui ad hoc eum valde commendant.

6 dant. † Ideo autem dixit Bal. de tractatu firmato per partes: quia ſimplex tractatus non firmatus nõ eſſet ſufficiens probatio, ꝙ partes aliter contrahere voluerint, immo potius per ſequentem contractum preſumitur a tracta-

tu receſſū ſecundū Bal. & Imo. allegat l. contractus cum ibi not. C. de fid. inſtru. quod eſt ſatis not. Sed contra hunc tex. ita intellectum
7 fortiter vrget † quia ſecundum hoc ſtipulatio deberet eſſe nulla ipſo iure: quia ſi fuit actum inter partes a princi. ꝙ promitteretur fundus ſine vſuf. & incontinenti promittitur fundus cum vſufructu, videtur per errorem facta promiſſio vſusfructus, vt l. quotiens §. tantundem & ibi hoc tenet Bar. de heredi. inſtit. & facit quod ipſe not. in l. titia §. 1. infra eo. ergo ille error debet vitiare ſtipulationem ipſo iure, licet alias non conſtet de dolo l. ita ſtipulatus in princ. et ibi glo. ij. infra eo. et fuit oppinio Imo.
8 hic; licet D. Alex. ſibi appropriet † quapropter ipſe D. Alex. aliter intelligit hunc tex. videlicet quando ex interuallo ſequuta eſt ſtipulatio, quo caſu partes videntur receſſiſſe a precedenti contractu l. cum implures §. locator borrei ſupra loca. ſecundum intel. Iaco. But. & Bart. in d. l. pacta nouiſſima & per eundem Bar. in l. itemq; §. ſi ſupra de pac. niſi aliter probetur dolus expropoſitio vt in primo reſpon. l. noſtre in x. idem eſt: & ita etiam refert indiſcurſu intelligere cuma. hic: & ſecundum hunc intell.

intellectum verſ.idem eſt, non continuatur ad
precedentia, quo ad terminos facti, ſed ponit
nouũ caſum, vt in glo.in verſ.dolũ, et eſt pulcer
& not. intell. Nec obſtat l.ſi tibi liberũ ſupra
de act. emp. vbi ſi ex interuallo aliter factum
ſit, quam à princ. fuiſſet tractatũ preſumitur
per errorem: quia vt dicit Imo. in d.§. tantũ-
dem. non loquitur de eo, ꝙ dictũ fuerit in pre-
fationibus eiuſdem cõtractus, ſed in alio con-
tractu ex quo iam fuerat queſitum parti. Quo
caſu non videtur partes à iure queſito recede-
re voluiſſe, Quod eſt menti tenendum ad in-
telligentiam illius leg. & d.§. locator.
9 *In eadem ibi. Sed Hugo.* † *Nota ex glo. ꝙ*
dolus dãs cauſam ſtipulationi, non reddit eam
ipſo iure nullam, ſed parit exceptionem doli,
quod eſt verum in ſeſecundum doct. vt l. dolo.
C. de inut. ſtip. & idem in omni contractu ſtri-
cti iuris, vt ibi & in l. eleganter in princ. ſupra
de dol. nihilominus hoc exemplum non conue
nit literæ, quia hic dolus nõ dedit cauſam con-
tractui, ſed incidit in cõtractu, quia promiſſor
non fuit dolo inductus ad aliter promittẽdum.
Ideo tene exemplum primum, ex quo colligi
10 *poteſt* † *quis dicatur dolus incidens in contra*

ctu, & quis principaliter adhibitus de quo in d.l.eleganter in princ. & l. ſiquis affirmauerit ſupra de dol. quod not. In ea ibi alij intelligunt dic & benè ſecundum Cu. & D.Pau. quo ad l. noſtram quia cũ hic dolus inciderit in contractu vt ſupra ſicut non reddit nullum contractũ bonefid. vt l. ſiquis affirmauerit in princ. de dol. & l. Iulianus. §. ſi venditor cum ſeq ſupra de act. empt. multominus reddit ſtipulationẽ ei appoſitam licet glo. in fi. & magis cõmuniter doct. maxime Imo. & Ludo. recedant ab
11 *iſto intel. In eadẽ ibi nos in ſtricti iuris. † Tene menti iſtam glo. nam recedendo ab opi. poſita in verſ. alij tenẽt, ꝙ contractus ſtipulationis adiectus ſuper contractu bonefidei reddatur ipſo iure nullus propter dolum, ſicut redditur nullus merus contractus bonefidei vt l. iij. in fi ſupra pro ſot. & d.l.eleganter in princ. & ad hoc glo. iſtam pro ſing. allegauit Bal. in d. l. dolo de inuti. ſtip. facit quod not. Bar. in d. l. ſubprætextu la prima C. de tranſ. & in l. in ſũma in princ. de condi. in de. & canoniſte in c.*
12 *pri. de depo. † & not. ꝙ ſtipulatio aſſumit naturam contractus ſuper quo apponitur l. 1. §. ſi ſub condictione vt leg. no. ca. vbi ſtipulatio*

tio appoſita ſuper contractu conditionali non tranſmictitur ad heredem ſicut non tranſmictitur ipſum legatum conditionale iuxta l. 1. §. in nouiſſimo C. de cad. toll. & tamen ſi ſtipulatio ibi retineret ſuam naturam bene tranſmicteretur, vt in §. ex conditionali inſtitu. de verb. oblig. ad idem facit tex. ſing. in l. cum mota C. de tranſ. inducendo vt ibi per Bar. & dictum fuit in rubr. ſupra eo in vlt. queſt. ad idẽ facit bonus tex. in l. 1. §. belliſſime ſupra vt leg. no. ca. vbi in ſtipulatione appoſita ſuper legato veniunt fructus & vſure à tempore more, ſicut veniebãt in ipſo legato, Qui fructus non venirent niſi a tempore litis cont. ſi ſtipulatio retineret ſuam naturam l. cum fundus in princ. & in l. vinum. ſicer. pet. pro iſta etiam parte faciunt multa iura & maxime l. ſi ſtipulatus ſupra de vſur. & l. damn. infecti ſtipulatio in princ. ſupra de damn. infect. & l. predia de ac. emp.

13 *† Sed in contrarium. ſ. ꝙ ſtipulatio appoſita ſuper contractu bonefid. non aſſumat eius naturam & per conſequens contra glo. & omnia predicta, facit tex. quem ſoleo allegare pro ſing. in l. ratio §. ſi emptor ſupra de act. emp. vbi in ſtipulatione appoſita ſuper contra-*

cõtractu emptionis non veniunt fructus niſi à tempore litis conteſt. ergo non admiſit, nec aſ ſumit naturam bonefidei, quia in ea venirent fructus à tẽpore moræ iuxta l. mora in princ. de vſur. & leg. iij. §. in hac de trit. Secundo pro iſta parte facit quod not. Bal. C. de act. & obl. dum dicit, ꝙ ſi ſuper contractu innominato apponitur ſtipulatio, non habebit locũ penitentia, ergo non aſſumit naturam contractus innominati in quo habet locum penitentia l. dedi. in princ. & l. ſi pecuniam ſupra de cõdit. ob cã. Tertio ad idem additur tex. ſing. in l. miles §. decem de re iudi. vbi dãnum datum tantum erat in obligatione, & noxę deditio in ſolutione, & tamen ibi dicitur, ꝙ ſi ſtipulatur dominus illud dãnum vtrumq; erit in obligatione licet alternatiuè, & ſic patet ꝙ dicto caſu ſtipulatio non ſequitur naturam precedentis actus, cui adijcitur. Quarto facit tex. not. in l. quinta §. ſi ſortem ſupra eo. vbi ſtipulatio penalis appoſita ſuper contractu continente rem diuiduam non imitatur naturam principalis contractus, quia reſpectu debiti principalis obligatio de qua ibi dicitur ſic ſed reſpectu penæ dicitur indiuidua vt ibi habetur, et ſic nõ ſe

quitur

quitur naturã principalis cõtractus ex quibus
14 *paſſus redditur dubius.* † *Nihilominus ſequor opi. glo. noſtræ, & communem. Ad contraria reſponde, ꝙ omnia iura dicentia ꝙ ſtipulatio aſſumit naturam contractus, ſuper quo apponitur, ſunt intelligenda quo ad hoc ne im plus exigatur, quam effectualiter poſſit exigi ſecundum naturam precedentis actus, ſeu quo adhoc, ne videatur promiſſor velle implus obligari quã primò tenebitur, non autẽ omni alio reſpectu, hæc fuit ſing. doctrina Imo. & Pau. de Caſt. in d. l. 1. ꝟ. decem, per illum tex. vbi, ſi ſtipulatio intelligeretur ex toto ſecundum naturam precedentis actus, vtrumq; alternatiuorũ nõ eſſet in obligatione, ſed vnũ in obligatione, aliud in ſolutione, cuius contrarium ibi dicitur vt ſupra dixi, nec mirum, quia ex hoc obligatus non ſentit aliquod damnum, immo vtroq; caſu liberatur dando ſeruum pro noxa, vt ibi dicitur. Sed attende, quia iſta ſolutio, non videtur ſuffitiens, maximè quo ad vltimũ arg. de d. ꝟ. ſi ſortem, ſed dic ꝙ illud contractũ poteſt alio modo ſolui, videlicet ꝙ tunc ſtipulatio aſſumit naturam precedentis actus cui apponitur, quando interponitur ſuper eodem*

quod continebatur in precedenti diſpoſitione ita loquuntur illa iura primo loco allegata ſed in d.§.ſi ſortem ſtipulatio nõ interponebatur ſuper eodem, ꝙ. continebatur in primo contractu, quia principalis ſuper ſorte.ſed ſtipulatio penalis ſuper pena, quæ eſt quid diuerſum & hoc modo in ſimili arg. reſpondet Imo. in ſimili arg.in l.4.§.Cato xiiij.col.ſupra eo.quod ſingulariter not. Aduerte etiam quia ex his non videtur bene reſponſum ad d.§.ſi emptor, cui videtur de brocca contradicere tex.in d.§.belliſſime: ſed dicas ꝙ in d.§.ſi emptor, ſtipulatio fuit appoſita animo nouandi primum contractum ſecundum intelle.quem ibi approbat glo. licet Bar.ibi aliter ſentiat vnde cum ibi primus cõtractus ſit ipſo iure ſublatus per nouationem merito ſtipulatio tanquam ſola remanens & de per ſe retinet ſuam naturam: nos vero loquimur, quando ſtipulatio non nouat precedentem cõtractum, nec video aliter poſſe ſolui dictum contractum circa quæ infra dicam ad intel.l.aliam de nouat. quæ omnia tene menti & vide omnino quæ dixi in rubri. ſupra eo.in vltima queſt.

15 *Extra glo.pro intell. literæ.* † *Quero quanta*

de-

debet eſſe leſio ad hoc, vt contineat dolum re ipſa, in materia noſtra glo. hic videtur velle, ꝙ etiam in cõtractu ſtricti iuris vt dicatur dolus reipſa debet eſſe deceptio vltra dimidiam iuſti pretij & idem ſentit Pet. & Cyn. hic vt refert Imo. Quod etiã pro indubitabili tenuit hic Pau. de Ca. & etiam doct. meus per l. ij. cũ ibi not. C. de reſc. vend. & quia vſq; ad dictã quantitatem licitum eſt contrahentibus ſe decipere per d. l. in cauſe de mino. & l. itẽ. ſi pretio §. quemadmodum ſupra loc. Bal. vero hic & etiã Imo. hic in vlt. col. dicit dolum re ipſa poſſe eſſe etiam infra dimidiam iuſti pretij puta quãdo præcedit tractatus de cõtrahendo vno modo, & poſtea in continenti ſequitur contractus alio modo, & hoc totum operabitur precedens tractatus, vt hic probatur ſecundũ intell. ipſius Bal. quem ſequitur etiam Ang. Imo. & pleriq; mod. vt ſupra retuli, & idem quoad hunc paſſum videtur indiſcurſu tenere hic D. Alex. circa que vide que infra dicam ad intell. l. vnde ſi nerua, ſupra pro ſot. dum examinabo lim. ad d. l. ij. de reſc. vend.
16 † *Aduerte etiam quia Raph. dicit hunc tex. poſſe intelligi quando eſt error ſeu deceptio in*
 quali-

qualitate extrinſeca,puta ſi credo id quod promitto eſſe aurum minoris ligæ, cum re vera erat maioris,vel vbi credebam vendere vinum nouum & vẽdidi vetus, nam tunc etiã ſi deceptio eſſet in dimidiã locũ haberet except. l. noſtræ. Nec obſtat d. l. in cauſe, quia regula ibi tradita, locum habet quando eſt leſio in qualitate extrinſeca,puta in pretio,non in intrinſeca,Quod dicit ſũmere not. pro quo mod.peruſ. allegant glo. not. in l.Iulianus in fin. glo. magnæ ſupra de acti. empt. tu adde aliam in d.§. quemadmodum. Et pondera quia Raph. loqui

17 *tur quando non eſſet erratum in mate.† nam quando eſſet in materia erratũ puta quia credidi promittere æs cum eſſet aurum, tunc contractus eſſet nullus ſi voluerit deceptus, vt vidiſtis in l.ſi id quod aurum ſupra eo.Ex quibus inferunt mod. Peruſ. ꝙ ſi emptor credidit emere equum iuuenem qui erat ſenex, licet venditor aliter non fuerit in dolo, quia non aſſeruit illum eſſe iuuenem, et etiam non probatur ſciẽtia venditoris, puta quia modico tempore antè ipſe emerat, poſſet ratione talis erroris ſaltem excipi de dolo re ipſa,quando venditor agit ad pretium, licet non poſſit agi ad reſtitu-*

tionem

tionem pretij, vel reſciſſionem contractus, ſi pretium fuiſſet ſolutum, circa quod vide quod not. Bal. in leg. 1. C. de edi. act. & que dixi poſt Bar. in l. 1. ※. fin. & d. l. Iulianus in princ. ſupra de acti. empt.

18 † *Vnum tamen non ommitto, ꝙ ſi ſtipulator affirmaſſet tempore cõtractus rem ſibi promiſſam non valere vltra decẽ, & poſtea reperitur plus valere, licet infra dimidiam iuſti pretij dicetur ſtipulator ſeu emptor eſſe in dol. et haberet locum princ. huius leg. ita ſing. voluit glo. in d. ※. quemadmodum, facit l. ſiquis affirmauerit iunct. glo. ſupra de dol. & glo. in l. iij. C. de do. ante nup. Quod nunquam obliuiſcaris; nam ex hoc poteris infinitos contractus infringere.*

19 † *Sed iuxta predicta quero, an deceptio infra dimidiam iuſti pretij ſuccurratur aliquo remedio ſaltem in foro conſcientiæ. Sanctus Thomas in 2. ſecundæ queſt. 77. c. primo, tenuit ꝙ in foro conſcientiæ debet reſtitui, & ita fuit aliàs conſultum per ſoll. doct. D. Ioan. de Anania, per glo. ſing. in l. ſemper in conuentionibus infra de reg. iur. Quinimmo audio, ꝙ prefatus doct. dicebat, ꝙ ſi probaretur, ꝙ decipiens eſt bonus vir etiam in foro contetioſo teneretur*

reſtitue-

reſtituere per illã glo. vnde dabat cautelam, ꝙ fieret articulus ꝙ aduerſarius eſt bonus vir, & examinatur ipſe tanquam principalis qui de facili fatebitur, quod puto ſatis not. Nihilominus Bal. in aũt. ad hec 8. col. Tenuit contrarium dicendo ꝙ etiam in foro conſcientiæ non tenetur reſtituere decipiens infra dimidiam iuſti pretij, & pro iſta parte conſuluit D. And. Barb. vt hic refert doct. meus. Sed tu de hac queſt. dic vt alias dixi in d. §. quemadmodum vbi hũc art. plenius quã alibi habes diſcuſſum vbi etiam tetigi quid in foro Cano. contetioſo et quid in partibus eccle. et quid in ſecularibus
20 *iuxta predicta. † Querit hic Bar. quid in caſu huius leg. promiſſor ſoluit non oppoſita exceptione. An poſſit repetere, & concludit poſſe repetere per actionem de dolo per l. eleganter §. non ſolum ſupra de dolo & maximè cum ipſe ſtipulator deceptus poſſit agere de dolo per l. ſi id quod aurum ſupra de eo. ergo pariformiter agere potuerit promiſſor vt inter cõtrahentes ſeruetur ęqualitas iuxta l. fi. C. de indic. vidu. tol. Sed vt dicit hic Pau. de Caſt. & Alex. d. iura parum vrgent, quoniã ibi aliter prouideri non poterat ſtipulatori: hic autẽ*

ſol-

ſoluens antequam ſolueret, habeat exceptionem doli, ideo videtur ſibi imputandum, vt repetere non poſſit. Sed hæc reprehenſio non videtur vera, quia debet preſumi, ꝙ tempore traditionis erat in eodem errore, & ſic non eſſet ſibi aliquid imputandum. Nam ſi ſciens exceptionẽ ſibi competere ſoluit, non repetit l. ſi non ſortem ꝟ. indebitum ſupra de condi. indeb. Subdit etiam Pau. ꝙ ſi competit conditio indeb. vt Bar. fatetur, & infra dicam, ergo non actio de dolo iuxta l. 1. & l. eleganter in princ. ſupra de dolo. Sed ab hac impugnatione poſſet etiam defendi Bar. quia condictio indebiti tanquam generalior ad repetendum poteſt concurrere cum actione de dol. tex. eſt cum glo. in l. ſi legatarius ſupra de dol. Sed magis obſtat contra Bar. quia tutus exceptione odioſa ſi ſoluitur non repetit l. qui exceptionem in princ. ſupra de cond. ind. per quam ita tenuit Azo. quem hic ſequitur Ang. Subdit etiam Bar. dari poſſe etiam actionem in factum per l. quotiens de preſc. verb. & ſequitur Bal. in l. ij. de reſc. vend. 7. opp. & 3. queſt. dicens ita tenuiſſe Ricch. Mal. quod tamen non videtur verũ ſecundũ Imo. et ſequitur Alex. quia ſi habet act.

de

de dol.& condi.inde. vt etiam Bar.fatetur,ergo non datur actio infactum, quę etiam ſubſidiaria d.l. quotiens,& ibi glo.& per Bar. in l. 1.ſupra de condi.ex leg. Quare idem Bar.in d. l.ij.de reſc.vend fuit in alia opi.videlicet ꝙ ſolum competat condi. ind. & hoc in caſu huius leg. in verſ. idē eſt ſcilicet quando à princ.non interuenit dolus:nam exceptio doli quæ oritur ex dolo, non interueniente à princ. tempore contractus, non dicitur odioſa, meritò non impedit repetitionem, vt eſt glo.ſing.in leg.qui ſe debere de condi. ob cau. in verbo doli mali. Sed ſi dolus interueniſſet à princ. vt in princ. huius leg. tunc fatetur Bar. in d. l. ij. ꝙ exceptio erit odioſa & per cōſequens impediret repetitionem per d.l.qui exceptionem, et ita poſſet procedere opi. Azo. & Ang.& hanc partem tenuit Iac.de Rau. vt refert Cyn. in d.l.ij. 4. queſt. & idem ibi in effectu Bal. in 7.oppo. & 3.queſt.& Bar. in l.domus in fin. & in l.in ſumma in princ. de cond. ind. & Bar. Bal. & Ang.in l.qui ſe debere,& ibi glo.& in d.l.qui exceptione.

21 *† Sed aduerte, quia licet Bart. in d.l.ij.& alij de quibus ſupra,teneant ꝙ quādo à princ. interuenit dolus ceſſat cōdictio in-*

de-

de.per d.l.qui excceptionem tamen Raph.Imo. Pau.de Caſt. Ludo. & cõmuniter mod. hic tenẽt contrariũ videlicet ꝙ etiam iſto caſu. Competat conditio ind. ad repetendũ mouẽtur per regulã l.ſi non ſortẽ ꝟ.indebitũ, de condi.inde. & d.l. qui ſe debere nõ cauillando literam. Et quia ſecũdum opi. Bar. ſequeretur abſurdũ, ꝙ melioris cõdictionis eſſet qui cõmiſit dolũ ex propoſito, quã qui nullũ cõmiſit dolũ, cõtra c. cũ ꝙ de prebẽ.in vi.et l. nõ ſolũ ſupra de noxa. & l. ſi ſeruus ſupra quod vi.aut clam. Et ad d. l.qui exceptionẽ reſpondet, ꝙ loquitur in exceptione inducta principaliter in odiũ actoris, et ſecundariò in fauorem rei tractantis de lucro cõtra naturalẽ ęquitatẽ, vt eſt exceptio Macedoniani vt l. & quia naturalis ſupra ad Ma-
22 *ced.* † *Sed exceptio doli eſt ita inducta in fauorem rei ſoluentis ſicut in odium actoris ſecũdum naturalem ęquitatem l.1. & l. qui ęquitate ſupra de ex. do. meritò ſoluens debet poſſe repetere per d.l.qui ſe debere & d.ꝟ.indebitũ, Quod etiam tenuit Fulg. Pau. de Caſt. Ludo. & cõmuniter ſcribentes in d.l.qui ſe debere & in d.l.qui exceptionem & in l.ſub pretextu C. de tranſ. & voluit Cyn.Bar.Bal.& cõmuniter*

doct.

doct.in l.ij.C.quod me.cau.in illo articulo. An tutus exceptione metus ſi ſoluat poſſit repetere,& hec pars videtur verior tene menti ad limit. d.l.qui except. Aduerte etiam circa predicta quia in quantũ Imo. reprehendendo Bar. dicit in caſu propoſito quando interuenit dolus re ipſa non competere act. in factum vtſu-
23 *pra † Adde ꝙ in vno caſu videtur opi. Bart. poſſe ſaluari, videlicet quando deceptus reipſa ſponte ſoluit ipſi ſtipulatori non petenti: nam pri. caſu nullus dolus poſſet imputari ipſi ſtipulatori, qui tunc dicitur etiã in dolo cum petit & non ante vt firmat Bar. & communiter doct. in d.l.ij. de reſcin.vend. ergo tempore ſolutionis non fuit orta exceptio doli, cum non poſſit redargui creditor qui recipit à ſponte ſol uente arg.l.ſi fideicõtracta ꝟ.ſi rem de leg.iij. & per conſequens non poterit ſibi ſubueniri per cond.inde. cum non dicatur ſoluiſſe tutus aliqua exceptione arg.d.l. qui exceptionẽ ſimi liter non habet locum act. de dolo, cum nullus dolus interuenit vt ſupra non etiã poterit agi actione ex eo contractu ad reſolutionẽ ipſius, ſicut in d.l.ij. de reſc.vẽd. quia illud remedium nõ habet locum in contractu ſtricti iuris, ſicut*

eſt

eſt ſtipulatio vt firmant cõmuniter doct.ibi &
24 *hic.† Verum quia equum eſt ipſi ſtipulatori ita decepto ſubuenire, cum tractet de damno vitando,& ſtipulator tractet de lucro cum aliena iactura, ideo hoc caſu dari debet ſaltem actio in factum ſubſidiaria per d.l.quotiens: quod locum habet,quotiens equũ eſt dari actionem, & aliter non reperitur iniure prouiſum vt per Bar.in l.1 de cond.ex le.& dixit in l.ſi ſtichus certo die ſupra eo. Quod etiam in effectu tenẽt hic mod.& videtur de mente Bar.in l.ſed ſi me putẽ ꝟ.1.infinalis verbis de condi. ind. Et ꝙ detur actioni factum in queſtione propoſita, tenuit etiã Petr.vt refert hic,Imo. Et ex his habes ꝙ remedium d.l. habet locũ in effectu in cõtractibus ſtricti iuris vel ꝑ excep. vel per cõdit.id.ſi ſoluit vel per act.de dol.vel*
25 *act.in factũ vt ex predictis patet.† Inquãtũ tamen Bar.hic ſentit & clarius Bal.in d.l.ij.ꝙ decepto re ipſa ſi ſoluit datur etiam condictio incerti vt in caſu d.l.qui exceptionẽ ꝟ.ſiquis. Adde ꝙ hoc non videtur verum ſecundũ mod. quia in d.ꝟ.ſi pars,ſubſtantia rei erat debita in effectu,ſecus in caſu noſtro vt eleganter declarat Bar.in d.l.ſi me putem ꝟ.1.circa fin.&*

idem Bar.& doct.in l.ſi in area eo.tit.quæ om-
26 nia tene mēti. † Item inquantū Bar.hic querit quid ſi in contractu emptionis interuenit ſtipulatio,vt cōmuniter ſolet fieri in inſtrumētis, an ceſſet remedium d.l.ij,& habeat locum remedium huius leg.ſi interuenit deceptio vltra dimidiam iuſti pretij, concludendo in effectu, ꝙ aut ſtipulatio non fuit appoſita animo nouandi vt eſt in dubio etiam iure iſto quando apponitur in continenti iuxta contractum bonæfidei vt l. duo ſotietatem, ſupra pro ſotio: & tunc habebit locum remedium d. l. ij. licet etiam quoad ipſam ſtipulationem haberet locum exceptio doli, vt hic, & ita debet intelligi glo.pe.hic. Aut ſtipulatio fuit appoſita animo nouandi, & tunc etiam haberet locum remedium d.l.ij. quia nouat cum omnibus qualitatibus & priuilegijs, quæ hēbat prima actio nouata niſi animo abijciendi priuilegium fuit facta, vt l.aliam,& ibi glo.infra de nouat.vt
27 hic per eum † & pari ratione idem erit, quando ex interuallo fuiſſet appoſita:quo caſu indubio videtur animo nouādi interponi,vt per Bar.in l.ſingularia ſi cer.peta. & fuit dictum in l.ſi diuortio ſupra eo. nam tūc poterit ex eodem

dem contractu ſtipulationis agi ad reſciſionẽ, vel ꝙ ſuppleatur iuſtum pretium, prout poterat agi ante nouationẽ factã ex eodem cõtractu emptionis, vt habetur ĩ d.l.ij. † Cui adde, ꝙ licet cõmuniter doct. trãſeant cum iſta doctrina Bar. hic, & etiam Ant.de But. ĩ c.cum cauſam de empt.& vend.tamen Imo. & mod. Peruſ. hic, & idem Imo. in c. cum dilecti de empt. & vend. ſuper hoc dubitant, quia non poteſt ſtipulatio dari extra id, quod agitur l. quicquid aſtringende infra eo. Nec obſtat d. l.aliã,quia loquitur de priui.prælationis,quod bene poteſt intelligi repetitum inſtipulatione facta animo nouandi. Sed in ca. noſtro, priuilegium ꝙ agatur ex eo contractu ſecundum formam d.l.ij.quod non poteſt intelligi repetitũ in ſtipulatione,quæ eſt ſtricti iuris d.l.quicquid, vnde dicunt, ꝙ qualitas actionis nouatę tranſit effectualiter in nouantem, vt ex eadẽ æquitate ſubueniatur ipſi reo vltra dimidiam, vel per officium Iudicis ex æquitate l.plane de peti. heredi. per act. infactum ſubſidiariam vt ſupra dixi per d.l. quotiens,& ita debet intelligi glo. hic ſecundum Imo.quæ videtur voluiſſe excludere remedium d.l.ij. non autem huius

*l.ſecũdum quod poteſt dici, ꝙ competat actio
de dolo, vel conditio inde. ſecũdum dicta ſu-
pra in proxima queſt. Et idem in effectu ſequi
29 tur D.Bened. in d.c. cum dilecti. † Sed cõtra
predicta facit quod not. Bar. & doct. in d.l. ſi
diuortio, vbi voluit ꝙ priuilegia act. nouate,
puta dilatio legalis in dote non videtur repe-
tita in ſequenti ſtipulatione nouante. Sed re-
ſponde ꝙ Bar. ibi loquitur in priuil. dilationis
inducto ad comodum rei, quod non videtur re-
petitum niſi ſecundum diſtinctionem Bar. in l.
ſi ſticchum §. 1. infra de nouat. nos vero loqui
mur iu priuil. reſpectu actionis quod competit
ex diſpoſitione legali quod intelligitur repeti-
tum niſi aliud actum ſit, vt probatur in d.l.
30 aliam. † Nec obſtat id quod dixi ad intell. l.
ratio §. ſi emptor de act. emp. quia ibi loquitur
in priuil. inducto odio debitoris moroſi, vt in
fructibus, & vſuris, quæ veniunt in contractu
bonæ fidei, qui non videtur repeti in ſtipulatio-
ne nouante l. emptor & l. nouationem infra
de noua. & declarat Bart. in d.l. aliã, quæ oĩa
31 not. quia ſubtilia. † Item in quantũ Bar. cõclu.
ꝙ remediũ d. l. ij. de reſc. vẽd. locũ habet in trã
ſactione, ſi fortè in ea fuit quis deceptus vltra
dimidiam*

dimidiam iuſti pretij, tamen ſecũdum eum debet haberi reſpectus ad extimationẽ dubij euẽtus litis ſuper qua tranſactum eſt caſu quo lis venalis fuiſſet expoſita & non ad veram extimationem, et ita voluit glo. ſing. in l. Lutius ꝟ. fin. ad treb. ita intelligendo illum tex. quod ẽ firmat ibi Rai. de For. Bar. Ang. Imo. & idem Imo. hic & in c. quintauall. de iure iu. & in c. cum cauſam de empt. & vend. & ibi D. Car. et Abb. & Ang. & Lud. hic pro quo facit, quia eadem eſt ratio in tranſactione, quæ in alijs cõtractibus, ergo idem ius vt l. illud cum ſim. ff. ad l. aqui. & hanc partẽ tenuit Iac. de Rau. & Pet. in d. l. ij. & Pau. de Caſt. in d. l. Lutius
32 *ꝟ. fin.* † *Sed cõtrariam partem, ſcilicet ꝙ d. l. ij. non habeat locum in tranſ. tenuit Richar. Mal. Cyn. Bal. & Salic. ibi, & glo. Inno. Vincentius Tancredus, Ioan Andr. Petr. de Peruſ. & Petr. de Ancha. in d. c. cum cauſam, & Gu. de Cu. in l. ex cauſa C. pro emp. & Bal. in l. fin. in princ. C. co. de leg. & in l. 1. 2. col. C. de pac. pro*
33 *ut hic allegatur per mod.* † *Sed iudicio meo potius Bal. ibi tenet opi. Bar. & ita eum allegat D. Pau. in d. l. Lutius ꝟ. fin. hanc etiã par. contra Bart. tenuit idem Bal. in l. ordo. C. de ex*

 ceptio-

ceptione rei iud. & in l. iij. §. 1 ſupra de tranſ. vbi glo. in verbo debere videtur idem ſentire. & tenet Spec. in titul. de empt. & vendi. §. nunc vide verſ. quid de tranſac. & eſt tex. ſing. in d. l. Lutius §. fi. ſecundũ intell. Din. Ibi pro hac parte mod. allegant tex. in l. in ſumma in princ. in verſ. nulla res ſupra de condi. inde. & in l. à diuo pio §. ſi pignora ſupra de re iud. facit tex. in l. 1. in fin. C. de plus pe. & in l. ſub pretextu la ij. C. de tranſ. quos allegat Bal. in d. l. ij. vbi etiam in repet. allegat tex. ſing. in l. ſi intra, ſupra de pac. vbi aduerſus actum liberatorium, qualis eſt tranſactio, non poteſt intentari reſciſio, etiã ſi leſio inſurgat vltra dimidiam iuſti pretij: Sed ad illam legem poſſet reſponderi, ꝙ ibi creditor dixit, ꝙ ſi partem debiti ſoluiſſet debitor infra certum terminum eum liberaret à toto, appellatione autem partis venit dimidiam l. nomen filiarum §. portiones de verb. ſigni. ergo ſequitur ꝙ non interuenit leſio vltra dimidiam, preterea ibi apparet ꝙ creditor ſciebat verum debitum, ſed in decepto ſcienter non habet locum d. l. ij. vt dicam infra in limitationibus. quas dabo ad illã l. igitur &c. Et hanc vltimam partem contra

Bar.

Bar. ſequitur D. Alex. & etiam doct. meus: quia diuerſa eſt ratio in tranſactione & alijs
34 contractibus, † quoniam tranſactio fuit inducta, vt eſſet litium finis l. fratris C. de tranſ. quod non eſt in alijs contractibus: preterea tranſactio habet inſtar ſententie l. ij. ſupra de iure iur. Sed contra ſententiam, quæ tranſiuit in rem iudi. licet iniquã, nil poteſt opponi l. ij. C. quando prouo. non eſt, nec ergo &c. per que patet reſponſum ad arg. pro opi. Bar. factum. Ad idem contra Bar. facit, quia tranſactio et iuramentum æquiparantur d. l. ij. de iureiu. & l. ꝗ ſi deferente ſupra de dol. vbi bo. tex. ſed delato iuramento, non habet locum reſciſio, licet allegatur enormitas, & enormiſſima leſio, l. non erit §. dato de iureiur. & d. l. ꝗ ſi deferente & ad hoc ibi bo. tex. igitur &c. Et hanc opi. dicit Bal. in d. l. ij. eſſe cõmunem, & etiam Cuma. hic idem tenens, quod etiam tanquam verius & cõmunius tenet D. Bene. & D. Barba. in d. c. cum cauſam, & Salic. in l. ſi ſocietatẽ
35 in §. arbitrorum ſupra pro ſot. † Sed ſuſtinendo opi. Bar. & ſequacium poteſt dici ꝗ omnia in contrarium allegata procedunt inſpecta vera extimatione rei ſuper qua facta eſt tran-

ſactio, Bar. vero loquitur inſpecto dubio litis euentus iuxta doctrinã glo. in d.l.Lutius §.fi. & hæc eſt cõmunis opi. ſecundum mod. Peruſ. qui idem tenent, & etiam Pau.de Caſt.in d.l. Lutius. Sed iudicio meo contraria opi.eſt communior, vnde tene quam vis.

36 † In vno tamen caſu tranſactio erit ipſo iure nulla ſi in eo fuit deceptus, puta ſi apparet calumniosè et iniuſtè litem fuiſſet contra me motam, eſto ꝙ ceſſaret remediũ d.l. ij. tex.eſt not. in l.in ſumma in princ. alleg. de quo dicendum vt ibi not. Et attende ꝙ in queſtione propoſita non erit ius an tranſactio interponatur ſuper cõtractu bonæfidei, vel ſtricti iuris, quantũ ad predicta, actento ꝙ remedium d.l.ij.locum habet in effectu etiam in contractu ſtricti iuris, vt ſupra dixi, & etiam in alijs contractibus vt in locatione vel in ſimili, vt voluit glo. in l. itẽ ſi pretio §. fin. ſupra loc. & in l. inuenditione de bo.auct.vi.poſ. & Ioan. And. & Imo.in c. cum dilecti de empt. & vendit. Quæ omnia tene menti, & adde quę dicã infra in prox.queſt.

37 † Item inquantũ Bar.in eadẽ queſt. cõcludit, ꝙ petens redduci laudum arbitratoris ad arbitrium boni viri, debet probare ꝙ inſpecto du

bio

bio euentu litis arbitrator iniq; arbitratus fuerit: non autem ſufficeret probare, ꝙ inſpecta veritate & iuſtitia laudum eſſet iniquum per id, quod not. glo. in d. l. Lutius ꝟ. fi. dum loquitur in tranſactione, attento ꝙ arbitramentum dicitur tranſactio, vt in aũt. ſi vero co. C. de iudic. & per Bar. in l. ſiquis arbitratu infra eo. & dicit cõmuniter aduocatos hoc ignorare. Cui adde ꝙ idem voluit Bar. in à l. ſi ſotietatẽ ꝟ. arbitrorũ pen. col. & ſequitur ibi Flori. impe. car. & idem Bar. in d l. Lutius ꝟ. fi. & in d. l. ij. quod Imo. hic & in d. c. cum cauſam dicit poſſe ſubſtineri & cũ prima opi. tranſit Ant. de But. in c. quintauallis de iureiu. verſ. venio ad quintum, & ſequitur expreſſe D. Paul. in d. l. Lucius ꝟ. fin. per glo. ibi ad hoc ſingulare: Bal. vero in d. l. ij. tam in lectura quam in repetitione in vltima carta tenuit contrarium & eum ſequitur ibi Salic. & in d. ꝟ. arbitrorũ in 7. queſt. & Imo. in d. c. quintauallis. 16. carta. & idem ſentit ibi Ant. de But. qui fuit ſibi cõtrarius in verſ. venio ad ſextum, & hoc tan-
38 *quam verius ſequitur Raph. & Lud. hic. † Et ad argumentum Bart. reſpondet, ꝙ non procedit ar. de tranſactione ad arbitramẽtũ, quia*

arbitramẽtum dicitur impropriè, & largo mõdo tranſactio, vt not: Bar. in l. ꝙ ſi epheſi §. 1. ſupra de eo quod cer. lo. & in d. §. arbitrorum 2. col. Et hæc pars ſine dubio videtur verior tenendo opi. Di. contra Bar. in prǫcedẽti queſt. s. ꝙ decepto re ipſa in tranſactione nullo modo ſuccurratur, ſecus eſt in arbitramẽto vt d. §. arbitrorum, & ſic patet, ꝙ non ǫquiparantur.

39 *† Sed tenendo opi. Bar. in precedenti artic. videtur etiam poſſe ſubſtineri in queſtione noſtra ſecundum mod. propter ſimilitudinem: Non obſtat ꝙ arbitramentum habet reſpectũ ad veritatem debiti, quia fateor, & non poteſt dicere ſe leſum, niſi inſpecto dubio euentu, vt*

40 *not. glo. in l. per diuerſas C. man. † Non etiã obſtat, ꝙ arbitramentum non ſit lis, vt dixit Innoc. in d. c. quintauallis: quia illud eſt verum quantũ ad ordinẽ iudiciarium ſeruandum. Sed quo ad diffiniendam litem bene dicitur lis, vt declarat in d. §. arbitrorum 2. col. ſimiliter dicitur in trãſactione, quǫ fit ſuper lite mota, vel quǫ moueri poſſe ſperetur l. ij. C. de tranſactio.*

41 *† In vno tamen caſu non erit neceſſe probare dubium euentum ſ. quando arbitrator aſſumitur ſuper taxatione pretij, vt in l. fi. C. de cõtra*

ben.

ben.emp. & d.l. ſiquis arbitrator nec hoc caſu loquitur Bar. Sed quicquid ſit vt dicit hic Rapha. difficile erit probare tale dubium euentū litis, immo tunc teſtes deponerent de eo quod non perciperent ſenſu corporeo, ſed intellectu, quod eſt contra regulas iuris, iuxta not. in l. ſolam & l. teſtium C. de teſt. & dicit ſententiam Bal. veriorem, & dicit ſe mutatum fuiſſe, cum ſemel vidiſſet quendam aduocatum formaſſe articulos ſecūdum doctrinam Bar. Salicet. etiā in d. §. arbitrorum dicit ſe neſcire deducere in practicam probationem dubij euentus litis, quia hoc arbitramentum non eſt ex toto tranſactio & maximè conuenta à partibus. Sed actio cui pars reclamat, non conſentit, nec videt quemadmodum iſte dubius euentus litis probabitur, et per quos, cum ad hāc extimationem eſſent neceſſarij doctores, qui fuiſſent informati de lite, & cauſa, & hoc non poteſt ſciri niſi confecto proceſſu, & non potuit compromiſſum fieri ante inchoatū proceſſum, vnde nec doct. nec aduocati poſſent ſuper boc deponere. Ideo probatio reducitur quaſi impoſſibilis & nimis anguſtaretur contra leg. quo-
42 *niam C. de hereti. † vnde videtur ꝙ petens*

redduci

redduci habet probare ſecundum regulas iuris id quod eſt cauſa ſuę intentionis. Immo ſi ſimpliciter dicit iniquum, probabit iniquitatem ſecundum arbitrium boni. viri, & ſic ꝙ tanto plus debebatur, quod nullus bonus vir fuiſſet ſine probationibus viſis ita modice arbitratus vt fecit arbitrator:& ſuper hoc an bonus vir fuiſſet ita arbitratus, non habet neceſſe deponere teſtes, licet debeat allegari, ſed hoc reſidet ĩ cognitione iudicis, corã quo petitur redductio ſecundum ipſum Salic. quod eſt perpetuo not. Et facit etiam ad dicta in precedenti
43 *articulo † circa quæ videndum eſſet, quantæ debeat eſſe leſio ad hoc vt laudum redduci poſſit ad arbitrium boni viri, ſed quia plenius cadit in l.ſiquis arbitratu infra eo. ideo dic vt ibi dicetur.*

44 *† Item in quantũ Bar.querit quid ſi in inſtrumento dicitur, ꝙ vendit rem pro tanto, & illud plus quod valet donat emptori, An per hoc ceſſet remedium huius l.& d.l.ij.& in effectu concludit ꝙ non, ꝙ in ignorantem valorẽ rei dicta verba conſcenduntur ad modicum,et ſic non ad deceptionem vltra dimidiam iuſti pretij ar.l.ſi libertus la ij.de oper.liber.& in l.*

nec

nec adiecto infra de verb.ſigni.ſecus ſi ſciuiſſet valorem rei, quia in re propria quilibet moderator & arbiter l.in re mandata C.man.& ideo tenuit ipſe Bar.cõtra d.l.ij.vbi hoc tenuit Bal.& idem Bal.in l.cum filius §.pater de leg. ij.& Petr. de Anc. Imo. & magis cõmuniter mod.in d.c.cum cauſam.& idem Imo.in c.cum contigat 36. car. de iurciur. & fuit de mente Gul.de Cu.& Bar.in l.ſi tibi decem in princ.ſupra de pact.& facit quod not.Bar.in l.fi.§.idẽ queſiuit per illum tex. de con.inde.

45 † *Sed contra predicta arguit Imo. & Lud. quia ſi vera eſſet deciſio Bar. illa verba, & quod plus valet &c.nihil operarentur, quia etiam ſi iſta verba non fuiſſent appoſita, quãuis plus valeret res vẽdita, dummodo non excedat dimidiam,& dolus emptoris non interſit, tenet contractus l.in cauſæ ſupra de min. & d.l.ij. alias ſequeretur, ꝙ per adiectionem iſtorum verborum venditor eſſet melioris condictionis, quam ſi non adieciſſet, quod videtur contra intentionem ipſius: cum illa verba, videantur appoſita in fauorem emptoris, vt in aliquo pluri releuetur, quod de iure communi non ſoluit:ſatis obſtat vt hic per eum, et*

Lud.

Lud. reliquit cogitandum, tu dic ſecundum D. Alex. ꝙ quando ſunt adiecta illa verba, & id quod plus valet donat, &c. non habet locum remedium d.l.ij. aduerſus donatarium, ſed bene aduerſus venditorem, oſtendit ipſe, quia illa verba & plus valet &c. referuntur ad modicum vtſupra, ergo non poteſt dici ꝙ fiat donatio vltra dimidiam, cum intelligatur modicum per illa verba donatum: Sed ſi vltra illud modicum reperitur aliud quod excedit dimidiam reſcinditur venditio, & non donatio, & ita declarat Bar. in d.l. ij. verſ. quero quid ſit dictum.

46 *ctum. † Nec obſtat, ꝙ illa verba nihil operarentur, vt dicebat Imo. quia immo operabuntur quo ad modicum. Itaq; queſtione impediet remedium d.l ij. & idem ſenſerint mod. Peru. dicentes ex predictis alias conſuluiſſe, ꝙ ſi exceſſus vltra dimidiam eſt in modica quantitate, puta librum valentem viginti vendidi pro nouem, & fuit dictum ſi plus &c. quo caſu preſumitur donatum modicum puta vnus florenus, ergo remanebit leſio re ipſa ſolum in decem, & ſic non vltra duplum, & per conſequēs non habebit locum remedium d.l. ij. vnde dicūt doctrinam Bar. procedere quando exceſſus in*

pretio

pretio eſſet magnus vltra duplum, ſecus ſi mo-
47 dicus, quod eſt perpetuò notan. † Hodie ve-
rò cauti Tabelliones ſolent ponere in inſtru-
mentis, quod illud quod plus valet, donat, ſiue
quantitas ſit magna ſiue parua, quo caſu etiã
ſi eſſet leſio in magna quãtitate non reſcindi-
tur, voluit Salice. in d. l. ij. ar. l. qui iure milita-
ri de teſt. mili. & eſt de mẽte Bar. & cõmuni-
ter doct. hic & in d. l. ij. quia remedio d. l. ij. po-
teſt renuntiari, vt voluit glo. & doct. ibi.
Quod tamen non videtur tranſire ſine dubio;
quia cum hodie omnes iſtę cautelę apponãtur,
potius ex conſuetudine Tabellionum, quam ex
mente contrahentium, ergo nihil operantur.
prout expreſsè voluit D. Ha. in ſua diſputa-
tione, quæ incipit, Stante ſtatuto cõmuniter
per Italiam in 4. ſolutione dubij principalis in
nono caſu, & facit quod ipſe not. poſt D. Ant.
& Petr. de Anca. in d. c. quintauall. & in d.
c. cum contingat. vbi latius de iſtis clauſulis
conſuetur opponi.
48 † Quid autem in dubio, An in caſu prepoſi-
to preſumatur ſcientia, vel ignorantia valoris
rei, dic ꝙ ſi fuit deceptus in dimidiam preſu-
mitur ignorantia, & eſt tex. ſing. ſecundum
Imo.

Imo hic C.de teſti.et ibi hoc not.glo.& Bar.de quo etiam per Spec.in tit.de emp. & vend.§. nunc viden.verſ.ſed nonne, vbi etiam per Ioā. Andr.& per Cano.in d.c.cum causā, & in d. l.ij.in quibus locis habetur,ꝙ non preſumitur ſcientia in muliere,minore,ruſtico,& eccleſia, tene menti.

49 † *Item in quantum Bar. vltimo loco concludit,ꝙ ſi eſſet renuntiatum exc. doli & cuicunq; legis auxilio &c.ꝙ hæc generalis renuntiatio non preiudicat, niſi expreſsè renuntiat beneſitio huius leg.vel d.l.ij.ar.l.ſed et ſiquis §.queſitum cum ibi not.ſupra ſiquis caut. Adde ꝙ idem dixit in d.l.ij.& maximè cum eodem errore inducatur ad ita renuntiandum, ſicut ad contrahendū per id, quod habetur in d.§.idem queſiit & faciunt not.per D.Abb. poſt Butri.in d.c.quintauallis.& in d.c.cum cō tingat;dicit tamen hic Ludo.et ſequūtur mod. Peruſ.ꝙ ſi ex interuallo pars renūtiaret exc. doli, tunc videtur ex certa ſcientia renuntiare, licet ita ſub genere renuntiet, quaſi hoc deliberatè faciat, argumentū eorum quæ habentur in l.1.C.de plus pet.quod bene not.& ex his habes aliquas notabiles limitationes in*

quibus

quibus fallit regula legis noſtræ,& d.l.ij. C.de reſcin.vendi. Quibus adde alias nota. limitationes: &

50 † *Primo quando Iudex per ſuam interloquutoriam ſententiam: vel diffinitiuam extimaſſet ipſam rem, de cuius extimatione erat diſceptatio inter partes: nam tunc debet illi extimationi ſtari niſi appellaſſet, & de enormi leſione docuiſſet, ar.l.ab eo.C.quom.& quan.iu. & probatur in l.ij. ad fin.ſecundum vnum int. C.de iu.do.impe.cum idem dicamus in qualibet ſententia, etiam ſi enormiſſimè lederet, nam ex quo nō appellauit infra decem dies videtur acquieuiſſe ſententiæ per d.l. ab eo: Quod tamen limita, niſi euidenter & notoriè apparet de tali iniquitate,& enormiſſima leſione iudicis,puta ſi magnum palatium valens mille extimauit centū, quia tunc propter euidentem, & notoriam iniuſtitiam dicta ſententia non tranſit in rem iudicatam per lapſum decemdij, immo poteſt citra appellationem ſemper reſcindi, vt ſingulariter voluit* Inno. *in c. cum bertoldus de re iudi. & in c. fraternitatis de frigi. & malef. & eſt bonus tex. per quem ita determinat Butri.& Abb. in c.inter certas de re iudi.*

re. iudi. de quo etiam per eundem Abb. in c. ſiquando. extra de offitio deleg.
51 † Secundo fal. vbi eſſet facta vẽditio cum decreto Iudicis, per tex. ſing. et ibi hoc tenet Bar. in l. 1. C. de predi. Cur. li. x. & per eundem in l. ſiquos ſpõtaneos de decur. eo. li. et firmat Ang. in conſ. 136. incipiente, & per eundem in l. ſiquos ſpontaneos, tutor vxori inſi. per tex. in d. l. 1. vbi etiam tenuit Bal. & Ang. et idem Bal.
52 in l. 1. C. de preſc. xxx. annorum. † Imo. vero hic firmat contrarium, per tex. in l. ſiquos C. de reſc. vend. & in l. 1. & ij. C. de fid. inſt. & iure aſc. fiſ. li. x. vbi propter iniuſtum pretium reſcinditur venditio, & tamen in illo contractu interuenerat decretum Iudicis requiſitum in tali contractu, vt ibi, iunct. l. ij. C. ſi propter
53 pub. penſi. † Preterea ſecundum eum, ſi vera eſſet opi. & deciſio Bar. ſequeretur ꝙ re vendita per minorem cum decreto, nõ poſſet reſtitui in integrum, ſi fuit vendita minus dimidia iuſti pretij, contra l. ſiquidem C. de predi. mino. & l. ſi ex cauſa in princ. & l. ꝙ ſi minor. §. pe. ſupra de mino. & hoc videtur de mente Bar. in l. 1. de preſcrip. xxx. anno. per illum tex. nam Bar. vult ꝙ in caſu illius l. fuit tantũ

defectus circa iuſtitiam pretij, et ſic preſuppo-nit, q interuenerit decretũ & aliæ ſolemnitates de quibus ibi in glo. & tamen contractus ibi propter iniuſtitiã pretij reſcinditur, & hãc partem tenuit Imo. in l. prætia rerum ad leg. falc. & ſentit Bal. in d. l. ij. in repet. verſ. ſuper quarta, & clarius in lectura in 9. queſt. & firmat D. Abb. in c. cum cauſam de emp. & ven. per tex. in l. magis §. pe. de reb. eo. & in c. primo de reb eccl. non alien. in vi. & p D. Alex. hic confirmatur hæc opi. per tex. in d. c. cũ cauſam, et in c. cum dilecti eo. tit. vbi in alienatione rei eccle. habet locũ remedium d. l. & tamẽ talis alienatio non fit ſine decreto num. 12. queſt. 2. c. ab Abbatibus & c. cum Apoſtolico de his quæ fiunt à prela. Non obſtat tex. in d. l. 1. de pred. cur. in quantum dicit nihil queri poteſt &c. quia ſecundum Imo. debet exponi veriſimiliter, et ſic procedit in caſu dubio quãdo aliter non apparet, vt ſic tunc præſumatur pro facto Iudicis, & idem tenet D. Abb. in d. c. cum cauſam: facit quod not. Spec. in tit. de emp. & ven. §. nunc videndum verſ. & not.

54 † *Sed tu aduerte, quia ibi ſatis videtur probari dictum Bar. cum prohibeat querelam ex-*

poni de tali vēditione immo plus videtur prohibere, ꝙ venditor poſſet allegare ſe circũuentũ dolo emptoris etiã ex propoſito, vt patet in tex. ibi dum dicit venditorem non poſſe poſtea conqueri de inſidijs comparatoris &c. niſi dicas ꝙ dolus ex propoſito ceſſat propter preſentiam Iudicis & decretorum interpoſitum, vt ibi, ſecus in dolo reipſa clarè probato per predicta, quod videtur mirabile & ſuper eo cogitãdum. Ludo. tamen hic dicit ꝙ eo ipſo ꝙ quis vẽdit minus dimidia iuſti pretij, preſumit lex, venditorem ſeipſum decepiſſe ſui facilitate, vt eſt tex. cum glo. in l. quiſquis C. de reſc. vend. & ſupra vidiſti, ſed vbi interuenit decretũ Iudicis, ceſſat illa preſũptio deceptionis pretij, licet illa res ſit vendita minus dimidia iuſti pretij, vnde vigore decreti preſumitur venditor ſcienter vendidiſſe minus dimidia: & ideo non eſt locus beneſitio d. l. ij. & ideo non audiretur niſi liquidiſſimis argumentis oſtendat ſe fuiſſe deceptum ſua ignorantia in pretio, & ita dicit ſe intelligere d. l. 1. & opi. Imo hic quod eſt ſingulare ad limit. d. l. quiſquis. Aduerte etiã ſi poſſet dici ꝙ in d. l. 1: venditio fieri debebat ex neceſſitate, quia neceſſitas debebat probari

Iudici,

Iudicij, quo caſu Iudex interponendo decretum, & promittendo alienari pro ea quantitate, pro qua habet neceſſitatem, ceſſat remedium d. l.ij. quaſi tũc Iudex videatur interloquutum fuiſſe ſuper valore rei venditę, per id, quod dixi ſupra in prox. limit. & ita procedat opi. Bar. Sed in alijs contractibus, & rectius, caſibus procedat opi. Imo. & hoc modo reddcantur ad concordiam dictę opiniones vltra alios ſcribentes hic. Quod tene menti perpetuò, nec deleat obliuio.

55 †*Tertio fallit quando vendentur cum ſubaſtationibus, vt venditurum res fiſcalis, pedagia, gabelle, & ſimilia, quia tunc non poterit fiſcus poſtea reſcindere, dicendo ſe deceptũ vltra dimidiam iuſti pretij; licet etiam reperiatur nunc alius, qui dicat ſe vltra duplum velle offerre, ita eleganter voluit Ang. in l. ſciẽdum in vi. col. ſupra eo. per tex. in d.l. 1. de pred. curi. & in l. ſi tempora C. de fide inſtru. & iure aſte fiſca. & idem tenet ipſe Ang. in d. cõſ. & in d.l. pretia rerum & in d.l. 1. de preſcrip. xxx. anno. Sed contrarium tenuit Bar. in d.l. 1. de preſc. xxx. anno. per tex. in d.l. ſi quos de reſc. vend. Sed Ang. reſpondet ꝙ ibi dare pro-*

batum fuit, ꝙ fraus ſuperuenerat in ſubaſtatione, quæ tamen reſponſio, violat illum tex ſecundum Imo. in d.l. pretia rerum. Sed idem Ang. in d. conſ. aliter reſpondet. s. ꝙ d.l. ſiquos cũ ſimi. loquuntur in debitore reipublicæ, quãdo bona debitoris venduntur per debitum publicum, ſed quando voluntariè aliquis alienat rem ſuã, & facit eam publicè ſubaſtari, videtur ꝙ illud ſit iuſtum pretium, quod publicè reperitur per c. primum de empt. & vend. & d. l. prætia rerum. facit quod not. Bal. in d.l. ij. ad fin. in lectura. & in l. cum ipſe C. de contrahen. empt. & hãc partem reperio tenere D. Barba. in d.c. cum dilecti. Nihilominus magis cõmuniter tenetur opi. Bar. Quam etiã tenuit Imo. Lud. & D. Alex. hic, & Salic. in d.l. 1. de præſcriptio. xxx. anno. et in d.l. ij. Non obſtat tex. allegatus per Ang. quia ibi non negatur quin poſſit probari contrarium. Item ibi non interuenit ſubaſtatio, ſed decretum. Dicebat tamen Pau. de Caſt. in d.l. prætia rerum. ꝙ ſi ſtatuto cauetur, ꝙ res debeat ſubaſtari, & dari plus offerenti, ceſſabit remedium d.l. ij. vt ſtatutum aliquid operetur, niſi probaretur de magno exceſſu. Quod tamen reprobat hic Alex. quia ſa

tis operatur ſtatutū, q̄ res ſubaſtetur vbi aliàs nō debebatur ſubaſtari, prætereà ſtatutum interpretari debet ſecundum ius cōmune, vt in l. ſerui veſtri C. de noxa. & per glo. & doct. in l. fi. §. in computatione C. de iu. del.

56 † *Quarto fal. in eo qui vendidit iuſſu teſtatoris, vt ſing. not. Bal. in l. Imperator §. ſi cētum, de leg. ij. Quod procedit ſecundum Imo. ibi ſi teſtator determinaſſet pretium, aliàs ſecus, & licet nihil alleget, tamen Ludo. dicit de hoc eſſe caſum ſing. in l. ſi fideiuſſor. §. meminiſſet. de leg. i. ad quem miratur Bal. non aduertiſſe. moder. tamen dicunt illum tex. hoc non probare, quia non aperit quid ſi prætium ſit minus dimidia iuſti pretij, nec videtur ſumendus talis ſenſus ex illa l. ad correptionem d. l. ij. per regula c. cupiētes §. q̄ ſi per viginti, & ibi glo. de elec. in vi. Nihilominus dictum Imo. eſt verum in ſe ſecundum mod. quia ibi prætium taxatur à teſtatore licet ſit minimum, tamen reſiduum videtur eſſe legatum per tex. ſing. in l. ſi dignum ſupra ad leg. falc. facit bo. tex. in l. ſiquis donat. ſupra de cōtrahen. emp. ergo non poteſt allegari deceptio in pretio: poſſet tamē dici vltra eos: quaſi probaretur teſtatorē credidiſſet*

didiſſet illud pretiũ per ſe declaratum eſſe iuſtum, & ſic noluiſſet cõplacere legatario, niſi in intereſſe affectionis iuxta leg. & ſi æquo, de leg. primo ꝙ tunc locum haberet remedium d. l. ij. cum ceſſet ratio donationis de qua ſupra quod eſt ſummè not. & vide Bal. in d. §. meminiſſe, vbi idem tenet Ludo. hic.

57 † *Quinto fal. quando venditio eſt facta per procuratorem, quia tunc ſufficeret leſio in ſexta parte iuſti pretij, vt ſimiliter voluit Bar. in l. ſi ſocietatem, in §. arbitrorum ſupra pro ſot. Quod tamen an ſit verum, plenè dico in l. ſiquis arbitratu ad fin. infra eo. vbi examino intellectum l. vnde ſi nerue ſupra pro ſotio.*

58 † *Sexto fal. in re adiudicata creditori per iudicem pro executione ſentẽtiæ, ita ſingulariter voluit Bal. in l. ordo C. de execut. rei iud. pro quo Ludo. hic allegat tex. ſing. in l. à diuo pio. §. ſi pignora iunct. glo. de re iudi. & licet moder. dicant, ibi hoc nõ probari, quia ibi dicitur, ꝙ in dubio creditor videtur pignus in ſolidum recipere pro toto debito, licet valeat minus, non tamen negatur ibi competere beneficium d. l. ij. ſi interuenerat leſio vltra dimidiam iuſti pretij, maximè cum datio inſolutum vim emptionis*

ptionis habeat l. ſi predium C. de euict. & l. 1. ſupra pro ſolu. ſed certè vt dicit hic Alex. & etiam doctor meus, ille §. pignora probat hoc modo. Nam ibi dicitur ꝙ creditor recipiendo rem ſibi adiudicatam videtur quaſi tranſigere pro reſiduo ergo ceſſat remedium d. l. ij. ſicut dictum eſt ſupra in tranſactione ſecundũ opi. Cy. & Cano. & adde elegantia vna Bal. in l. credi tor ſupra ſi cert. pet. Et attende quia in d. §. ſi pignora adiudicatio ſit per decretum, ergo tenendo opi. ꝙ d. l. ij. non habeat locum vbi interuenit decretum, iſta pars eſſet ſine dubio vera. Sed tenendo cõtra Bar. vtſupra dixi in l. ij. fal. ille tex. et multũ vrget contra eum, quia ſi eſt ſpeciale in adiudicatione de qua ibi vt ceſſet remedium d. l. ij. quia habet vim tranſactionis, ergo ſecus in alia venditione, quæ fit cum decreto, & eſt noua inductio doctoris mei. Aduertendum tamen ꝙ Oldra. conſ. 36. incipiente, ad primam queſt. &c. & Io. And. in tit. de iudi. §. ſequitur in addietione incipiente ſequitur infi. videntur expreſſè tenere contra dictã deciſionem Bal. dicũt enim ꝙ cum talis adiudicatio habeat vim venditionis vt d. l. ſi prædium, ergo habet locum remedium d. l. ij. quapropter

Alex. hic concordando dicit, ꝙ aut loquimur in extraiudiciali adiudicatione, & procedat opi. Oldra. & Ioan. Andr. per d. l. ſi prædium. Aut iniudiciali, & procedat limitatio Bal. per d. §. ſi pignora, & eſt ratio, quia cum adiudicatio tranſiuerit in rem iudicatam, non videtur audiendus, cupiens eam renſcindi, vt in c. quoad conſultatione, de re iudi. & facit quod ſupra dixi in prima limitatione, & etiã in ſecunda in fine.

59 † *Septimo fal. quando prætium rei venditæ poſt perfectam venditionem ex aliquo accidenti mutatur, nam inſpicitur tempus ad leſionem conſiderandam, ca: eſt ſing. in l. habitatorẽ in princ. ſupra de per. & cõmo. rei uen. & in d. l. ſi voluntate in fin. C. de reſcin. vendi. de quo etiam per Cano. in c. cum cauſã, de teſti. et in d. c. cum dilecti, & in c. cum cauſam de emp. & vend. Sit ergo cautus volens reſcindere contractum, vt probet valorem rei tempore con-*

60 *tractus, † dicebat tamen Ludo. conſuluiſſe Romæ, ꝙ ſi emptor in domo vendita inueniat theſaurum dabitur contra eum remedium d. l. ij. vt ſuppleat dictum prætium iuſtum iuxta quantitatem prætij theſauri inuenti, quia præ-*

tium

tium iuſtum conſiderari debet inſpecta qualitate rei tempore cõtractus exiſtentis, non autem apparentis l. iij. §. diui, infra de iure fiſci, mouetur etiam per id, quod in ſimili habetur in contractu locationis, in quo merces augetur ſi fundus locatus casũ ſit factus pretioſior, vt voluit glo. ſing. in l. ſi merces §. ſi vis maior, ſupra loc. & reſpondent ad l. à tutore iunc. glo. ſupra de rei ven. vbi dicitur theſaurũ inuentũ in re empta cedere emptori; ꝙ non negat, ꝙ nõ competat remedium huius leg. & d. l. ij.

61 † *Sed mod. Peruſ. in hoc vltimo de theſauro impugnant Ludo. quia ex quo omnis deterioratio caſu contingens in re empta cedit periculo emptoris; nec ob hoc releuatur impretio per tex. in l. necẽſſio in princ. & §. ſi pendente de peric. & com. rei ven. et melius probatur in l. ſi in uẽditione §. 1. cum l. ſequẽti eo. tit. ergo pari ratione emolumentum debet eſſe illius emptoris, neq; ob hoc debet refundere pretium, per rubricã ſecũdum naturam de reg. iur. in ſexto, facit tex. in ratione ſui in l. Iulianus §. idem celſus ſupra de act. empt. hinc dicimus, ꝙ ſi per alluuionem fluminis augetur fundus venditus etiam ante traditionem, totum illud cedit*

lucro

lucro emptoris, nec fit aliqua reſtauratio in pretio, quia tunc illud ineffectu non eſſet cõmodum, vt probatur in inſti. de empt. & vendi. §. ſed ſi poſt. nam & ſi per alluuionem decreſceret ante traditionẽ ſuo incõmodo cedent, vt ſeruetur æqualitas ar. d. §. idem celſus, & tex. in ſimili in l. ſi ſotius pro filia ſupra pro ſot. Nõ obſtat glo. in d. §. ſi vis maior, allegata per Lud. quia illud procedit vt ſeruetur æqualitas, vt ibi dicitur, facit l. qui domũ eo. tit. §. 1.

62 † *Adde etiam ꝙ contra Ludo. facit quia theſaurus dicitur pecunia aſcõdita vetuſtiori tẽpore ab ignotis dominis, vt l. 1. C. de theſa. lib. x. Cum ergo iſte fuerit theſaurus, ergo non recognitus à venditore benè ſuccedit iuris diſpoſitio, ꝙ dictus theſaurus efficitur domini, cuius eſt ſolum l. 1. & l. iniquã §. theſaurus de acq. rer. domi. Sed emptor eſt effectus dominus ſoli per illam venditionem & traditionem, vt in §. vendite inſti. de rer. diui. igitur &c. Præterea tex. in d. l. à tutore vult ꝙ pecunia inuenta in modum theſauri cedit emptori, non venditori; ſecus ſi fuiſſet inuenta non in modum theſauri, vt pecunia abſcondita in muro; nam tunc non cedit emptori, vt ibi. Et ideo per has*

rationes

rationes D.Barba.in d.c.cum cauſam de empt. & vendi. reprobat dictum contrarium Ludo. & hoc ſi theſaurus fuit inuẽtus poſt traditionem factam emptori, licet mod.Peruſ.idem dicant ante traditionem,ſed plus placet opini. Barba.

63 † *Et ex his infertur ad octauam fallentiam videlicet ꝙ dicta lex ij .nõ habeat locum, quãdo eſſet facta venditio de re incerta conſiſtente in ſpetie, puta, ſi piſcator vendidit iactum retis,nam ſi venditor facta ſua diligentia nihil caperet, non propterea debet reddere pretiũ vel illud ſibi ĩ aliquo diminui,vt eſt caſus not. in l.nec emptio ſupra de contrahen. empt.& l. emptorẽ §. fi. cum l.ſeq. ſupra de act.emp. eadem ratione ſi venditor caperet in ipſo iactu fortẽ vno tareno maximam quantitatem piſcium valoris vnius floreni, non poſſet venditor reſcindere, vel ſupplectionem petere, vt ſeruetur æqualitas per predicta, facit l.ſi id quod §. fi. ſupra de reſc. vendi. Dicunt tamen mod.Peruſ. ꝙ ſi actento cõmuni vſu iactantiũ retia,ille iactus fuiſſet vẽditus citra dimidiam iuſti pretij, quam vendi ſolet, poſſet habere locum remedium d.l.ij.per id quod ſupra dixi in-*

tranſa-

64 *tranſactione ſecundum opi.Bar.* † *& idem dicimus quando venditur nomen debitoris, nam ſi debitum erat incertum,& attento dubio euẽtu litis omnibus & expenſis illud nomen valebat minus,puta quia quilibet diligens emptor emiſſet pro quinquaginta, & non vltra;nam tunc ſi dictum nomẽ, ego vendidi minus quam triginta, poſſem reſcindere dictum cõtractum per remedium d.l.ij ſecundum Cy.hic reprobantem opi. quorundam dicentium, q̃ remedium d. l. ij. non habet locum, quando venditur nomen,vel ius aliquod, puta hereditarium, nam illud non procedit indiſtincte,per id quod habetur in l.nomẽ,C.quæ res pig.obli.poſ.et ſequũtur mod.Peruſ. niſi vendens dicat, vendo tibi ius quod habeo, nam tunc ſi nullum ius habet, & à princ. veriſimiliter ignorabat, non tenetur ad reſtitutionẽ pretij. Immo ſi non eſt ſolutum poteſt ad illud agere ſine diminutione, vt habetur in l.cum hæreditatẽ cũ ſeq.ſupra de peri.& como.rei ven. Quod tamen vltimũ qualiter intelligatur, et an procedat indiſtincte,vide per Bar. & Imo. in l. emptorem ſupra pro empto.& Pau. de Caſt. & ſcribentes in l.ſi ſic & primo ſupra de leg.pri.*

65 † *Nono fallit. Quando venditio minus iuſto pretio ſit facta cum pacto, quod ſi certa die pretium nõ ſoluatur, debeat ſuppleri iuſtum prætium: nam tunc ſi ante diem ſoluatur, videtur reſiduum per venditorem remiſſum; & ideo ceſſat remedium dictæ l. ij. vt eleganter voluit Bal. in c. primo qualiter do. feud. pet. put. pro quo facit etiam, quia tunc venditor à principio apponendo dictum pactum videtur ſcienter vendidiſſe minus iuſto pretio, quo caſu ceſſat dicta l. ij. vt ſtatim dicam.*

66 † *Decimo fallit, quando venditor ſciuerit verum prætium, nam tunc reſiduum videtur donare, argumen. legis, cuius per errorem, infra de regu. iuris, ita eleganter voluit Speculator in tit. de emp. & vendi. §. nunc dicendum verſ. Quid ſi aliquis, per l. 1. in fin. ſupra de act. emp. idem tenuit Bal. in dicta l. ij. in fi. per l. cum donationis C. de tranſact. pro quibus Ludo. hic allegat tex. not. in leg. domum §. ſimiliq; modo, de contrahen. empt. & firmat Ang. conſil. cxliij. allegando ad hoc tex. ſing. in l. queritur §. ſi vẽditor de edili. edi. Quod tamen nõ procedit in adminiſtratore vendẽte rem eccleſię, quia eius ſcientia non preiudicabit eccleſię*

per

per tex.not.in d.c. cum dilecti ſecũdum Barba. ibi facit glo. in l. præſes C. de tranſac. intellige etiam dictum Spec. niſi prima ruſticitas aut ſimplicitas ſuadeat potius eſſe proceſſum ex facilitate, quam ex liberalitate, l.cum de in debito ſupra de probat. & hoc tenuit Odofre. & Nico.de Matarel. in d.l.ij.pro vt refert & ſequitur Imo. in c.cum contingat de iureiu.& Barba.in d.c.cũ dilecti, vbi dicit ita conſuluiſſe, de quo etiam per Bal. in d.l.ij.

67 † *Vndecimo fal. quando emptori adiectum eſſet aliquod onus, puta ſeruitus, pactum de reuendendo, & ſimilia, nam tunc onus eſſet pars pretij, et faceret videri rem maiori pretio venditam, per tex. quem ad hoc ponderant mod. in c.cum Ioannes Heremita, de fid.inſt.& in c. in aliquibus, & ibi per D.Abb. extra de deci. per quod dicunt hic mod. Peruſ.alias cõſuluiſſe, ꝙ ſi emptor qui emit fundum cum pacto, ꝙ teneatur fundum ipſum certo tempore locare ipſi vẽditori pro modica penſione, ꝙ licet pretium ſtatutum fuerit infra dimidiam iuſti pretij, tamen debet compenſari cum onere iniuncto de relocando vẽditori pro modica penſione, facit l.ſi ſterilis ꝸ.ſi tibi de act.emp.*

Duo-

68 † *Duodecimo fal. quando eſſent plures venditæ vno pretio, & venditor allegaret ſe eſſe deceptum in vna vltra dimidiam iuſti pretij, quia non poſſet niſi ex precedentibus ratiociniјs intelligi, quæ fuit mens contrahentium circa pretium illius rei, nam tunc potuerit allegari leſio in illa re, licet in inſtrumento fuerit vnicum pretium ſtatutum pro omnibus, ar. l. titia §. idem reſponde infra eo. & hoc niſi reſpectu dicti precedentis ratiocinij vna ex dictis rebus valde cariori pretio fuiſſet vendita quam deberet, nam tunc debebit illud compenſari reſpectu paucitatis pretij alterius rei dummodo facta dicta compenſatione non poſſet dici leſio vltra dimidiam iuſti pretij ſecundum moder. Peruſ. dicentes ita conſuluiſſe in conſ. incipiente, quando totum integrale &c. per tex. not. in l. ſi duorum ſupra de act. emp. quod bene not.*

69 † *Decimotertio fal. in contractu feudi quia feudum non datur pro pretio, ſed pro fidelitate & ſeruitio recipientis ſecundum Spec. & Ioã. And. in d. §. nunc dicẽdum verſ. ſed nunquid. Item feudum datur ex beneuolentia & in honorem domini, vt in c. primo inuicem legis commiſſoris:*

miſſoriæ, meritò non habet locum d.l.ij. ſecundum Imo.in c.ad noſtram de reb.eccl.non alie. Bal.verò in d.l.ij. dicit dictam legem locum habere in feudo, quando daretur pro prętio, pro quo Ludo. allegat tex. ſing.in d.c. ad noſtram & ibi hoc tenet glo. Sed And.de in ſer.in c.1. §. ſimiliter, de capit. qui curiam vendidit, tenet indiſtinctè d. l. ij. locum habere in feudo pro quocunq; ſeruitio detur. Sed plus placet dictum Bald.s. vt d.l. ij. locum habeat in feudo, quando interuenit prętium, aliàs procedat opi Specu.

70 † *Decimo quarto fallit in arbitramento arbitratoris, qui etiam ſi infra dimidiã iuſti prætij arbitraretur, vel extimauerit, poterit reſcindi laudum per viam recurſus ad arbitrium boni viri, de quo tamen dicendũ, vt plenè dico in l. ſiquis arbitratu circa fin.infra eo.*

71 † *Decimo quinto fallit in venditione facta per creditorem poſt biennium à die denuntiationis ſecundum formã l.fi.C. de iure.domi.impet.quia tunc ſi infra dimidiam iuſti prętij vendidiſſet, non poſſet debitor reſcindere, dummodo iuret ſe tunc implus non reperiſſe emptorem, vt eſt ibi tex.not.Cautius tamen erit*

ſi dicta

ſi dicta res tunc ſubaſtaretur, vel publicè exponatur venalis vt ibi videtur innui.

72 † *Decimo ſexto fallit, in actu liberatorio, ſecundum Bald.in dict.leg.ij. & in leg. ſub prætextu C. de tranſactio. quod ſine dubio procedere videtur ex cauſa lucratiua, ſed ſi ex cauſa oneroſa puta per viam tranſactionis, tunc dicẽdum, vt plenè dictum fuit ſupra in illo articulo, an remedium d.l.ij.locũ habeat in tranſactione. Item intelligendo hanc limitationem niſi appareat de errore, vt quia volens donare rem valentem centum, donauit rem valentem ducenta per hunc tex. ſecundum exemplũ Bar. vel ſecundũ exẽplum Cuma. vbi credebat donare vnã vegetem vini mediocris, donauit vegetem vini optimi vltra duplum valentem, quam ſi fuiſſet mediocre.*

73 † *Decimo ſeptimo fallit vbi eſſet renũtiatum benefitio d.l.ij. ſecundum Bal. & doct.in d.l.ij. & dixit ſupra in vltima queſt.Bar. quod tamẽ non procedit in muliere, minore, vel ruſtico, in quibus non preſumitur certa ſcientia Iuris poſitiui, ſed potius ignorantia, per id quod habetur in l.iij.C.de in ius vo. vnde oportet ꝙ ſicut certioratus de dicto benefitio per not. per Bar.*

& doct. in l.ſciendum ſupra eo. & voluit Bal.
74 *in d.l.ij. & mod. in d.c. cum dilecti.* † *Vnum tamen circa hoc volo ſcias, quod ſi vẽditor renũtiat beneſitiũ d.l ij. talis renuntiatio nõ extenditur ad emptorẽ deceptum vltra dimidiã iuſti pretij, niſi etiam ipſe emptor renuntiaſſet, ita ſingulariter voluit Bal. in c. primo, quali. dom.fe.proprie.priue.ar.l.iubemus C.ad velle. & l. ſi vnius* §. *in ſumma ſupra de pact. quod refert & ſequitur Barba. in c. potuit de loca. ad hæc l. ſed ſi interpellatũ* §. *ex altera ſupra de arbi.quod perpetuò not.ho.*

75 † *Decimo octauo fallit, ſi ſuper contractu interponatur iuramentum de non veniẽdo contra: Cum iuramẽtum idem operetur, quod certa ſcientia, voluit glo.not. in d.l. ij. & ibi Bal. & doct. & glo. & cõmuniter Cano.in d.c.cum cauſam de empt. & vendi. Quod tamen limita, niſi dolo vel metu fuiſſet inductus ad iurãdum, quia tunc de iure ca.nõ teneretur ad obſeruantiam talis iuramenti ſecundum Bart. in dicta leg. ij.*

76 † *Quid autem ſi minor iurauit nõ venire cõtra dictum contractum vẽditionis, An excludatur à beneſitio d.l.ij. dic vt per glo. & doct.*
in d.

in d.l. ij.& in d.c. cum cām. An ante hoc caſu maior iurans poſſit petere abſolutionem à iuramēto, Imo.in d. c. cum cauſam mouet queſt. & refert poſſe dici, ꝙ ex quo errore facti ductus fuit ad iurandum ſicut ad contrahendum quando deceptio interuenit vltra dimidiam iuſti pretij, ꝙ tūc dicatur ſubeſſe ſatis iuſta cauſa, per quam peti poterit abſolutio à Iuramēto arg. l.ij. ſupra de iur. & fac. ignor. allegat etiam not.in c. quanto de iureiur. ſecundū opi. Tancre. quam ſequitur Hoſti. in d.c. cum cām. Et quod not.Inno. & Ioan.And.in c. venerabilem & c.ad aures & c.cum dilecti quod me. ca. & in c. debitores de iureiu. & per glo. & Archi. 15. queſt.2. c.auct. & in Specu.in tit. §.num dicēdum verſ.24. dicit tamen ibi Imo. ꝙ licet iſta opi. videatur ſatis æqua & de iure videatur poſſe defendi, tamen difficile erit in practica obſeruari cum coīs opi. glo. & doct. ſit, ꝙ iuramentum præſtitum per ipſum maiorē de non veniendo cōtra contractū ſimpliciter preiudicet ipſi maiori, vt excludatur à remedio d.l. ij. vt ſupra dixi. Sed quidam moder. vt eſt D.Bene. Capra. in d.c.cum cauſam dicūt ꝙ ſi tale iuramentum pręſtitum fuiſſet apo-

ſita quæ præſumitur ignorare iura, vt in muliere vel ruſtico, tunc licitè poſſet contrauenire, petita abſolutione, quæ hoc caſu de facili conſequetur, cum cenſeatur ſubeſſe iuſta cauſa, vt ibi per eos. Moder. vero Peruſ. hic dicunt indiſtinctè ꝙ etiam maior, qui promiſit cum iuramento non conuenire ratione talis enormis læſionis, poterit petere abſolutione à iuramento per not. in c. ſi vero & c. debitores de iureiur. & dicunt ita tenere Ant. de But. & Imo. in c. cum contigat de iureiur. & Pet. de Anch. conſulendo & in c. canonũ de elec. in vi. queſt. ad fin. Sed certè D. Anto. & Imo. loquuntur ſolum in minore iurante, quo caſu eſt minus dubium, licet Pet. de Ancha. in d. c. Canonum loquatur etiam in maiore, quem ineffectu ſequitur D. Abb. in d. c. cum cõtingat 13 2. 14. col. & impe. col. de quo tamen dicendum, vt ibi plenius per Cano. & per doct. in d. l. ij. & mod. in l. ſtip. hoc modo infra eo.

77 † *Decimo nono fallit, in donatione bonorum facta per conuerſum, vel etiam profeſſum ipſi eccleſiæ vel monaſterio, vt non poſſit reuocari etiam ratione enormiſſimæ læſionis, niſi dolus dederit cauſam ipſi profeſſioni, vt per glo not.*

& ibi

& ibi per Archi. in c. conſtituit 23. queſt. 4. c. vt lex. 26. queſt. 1. circa quod vide not. per Anto. de But. & alios in c. in præſentia de iureiur. & in cap. tuis de teſti. & in c. fi. de ſuc. ab inte.

78 † *Vltimo fallit, in permutatione: nam in ea non habet locum remediũ d. l. ij. quod procedit quando terminus habetur à ſuperiori & nõ à parte, vt in c. pri. de re. permu. in vi. facit c. ad queſtiones cum ibi not. eo. tit. in antiquis, ſed in permutatione aliarum rerum bene habebit locum remedium d. l. ij. inter contrahentes ſecundum D. Anto. Pet. de Ancha. & alios Cano. in d. c. cum dilecti ea ratione, quia permutatio ſimilis eſt emptioni vt l. 1. C. de rer. permu. & l. fi. ſupra eo. tit. Et idem dicas in contractu do vt facias, vt eſt tex. ſingularis in l. fidei. C. loca.*

79 † *An autem dictum remedium locum habeat in locatione, dic ꝙ ſic, ſecundum Ioan. Andr. in d. c. cum dilecti per tex. in l. ij. ſupra loca. & in l. item ſi prætio. §. fi. cum ibi not. ſupra loca. & videtur tenere glo. in l. inuenditione ſupra de bo. auct. iud. poſſid. & ita communiter tenetur ſecundum Imo. & moder. in d. c. cum dilecti ſupra alleg.*

80 † *Item an dictum remedium locum habeat in diuiſione, ſi fortè fuit quis in ea deceptus vltra dimidiam iuſti prætij, & dicas ꝙ ſic, vt eſt tex. not. in l. maioribus C. cõmu. vtri. iudi. & ibi dicit Bal. ꝙ ſi fratres diuidunt ſorte & infelicitate ſortis contingit intollerabilis deceptio, ꝙ debet in melius reformari per tex. in l. ij. C. quando & à qui. quar. pars debe. li. x. quod procedit ſecundũ D. Barb. in d.c. cum dilecti quando fratres credebant diuiſiones eſſe ęquales & inueritate nõ erant, ſed ſi ſciebant eſſe inęquales & voluerũt ſe ſubmictere iudicio fortunæ non haberet locum dictum remedium, arg. leg. Lutius §. fin. ad Trebell. limitat etiam Bal. prædicta in d. l. maioribns niſi illa diuiſio fuiſſet facta per Iudicem & tranſiuiſſet in rem iudicatam, quia tunc debuit appellare qui ledebatur, vt ibi per eũ, & facit quod dixi ſupra in prima fall. Subdit etiam Bal. in d.l. maioribus ꝙ d.l. ij. locum habet in omnibus contractibus bonęfidei. Immo etiam locum habet in effectu in contractibus ſtricti iuris vt dixi ſupra in tertia carta, quæ omnia tene mẽti; reliqua ad materiã d.l. ij. videas ibi per doct. & in d. c. cum dilecti, & in d. c cum cauſam.*

Vltimo

B 1 † *Vltimo pro complemento huius leg. aduertendum eſt ꝙ Specu. & Ioan. Andr. in tit. de empt. & vend. §. nunc videndum el ij. dicunt. quod per hunc tex. ꝙ ſi vẽdo tibi equũ cũ ſuis magagnis ſuperoſsibus & ſchinellis dicendo ꝙ nolo teneri pro illis, ꝙ nihilominus ſi ſciebas equum habere aliquem defectum, & ſpecialiter non nominaui, teneor ratione doli, vt per tex not. in l. tenetur §. fi. & l. quero ſupra de acti. emp. & l. queritur. §. ſi venditor de edili. edi. & l. cum hæreditatem de hæredi. vel act. vend. & ſubdit ibi idem Specu. ꝙ ſi habens equum dolentem in ſpatulis, ſaluo quando eſt calefactus, ſi calefaciat eum & vendendo dicit vendo tibi hunc equum pro claudo, giboſo, et dolẽte in ſpatulis, & habentẽ omnes magagnas nec volo ex aliquo teneri, ꝙ nihilominus teneretur ex hoc dolo adhibito cum emptor videatur deceptus, quia videns alia vitia nominata eſſe falſa, credidit veriſimiliter dictum de dolore ſpatularum eſſe falſum, pro quo facit l. eaque cõmendandi cauſa §. fi. ſupra de cõtraben. empt. & hæc refert & ſequitur Angel. & Imo. hic & idem Ang. in l. paciſci ſupra de pac. & Cy. Bal. & Salic. in l. 1. C. de ed. edic.*

& D.Abb.in c. iuſtum de rerum permuta.vbi prædicta intelligunt inuenditore ſciente, aliàs ſecus per not. per glo. in d. l. 1. & in d.l.paciſci.Quod tamen puto limitandum niſi ipſe emptor ſciuiſſet vitium illud tempore venditionis per tex. not.in l. 1. §. fi.de ac.emp. vbi vide dicta.

82 † *Plùs etiam voluit Ioan.Andr.in additione Specu.in tit. de empt.& vend.§.ſciendum verſ.& not. ꝙ in venditionibus, ꝙ ſi bos vel equus apud emptorē moriatur infra triduum, & reperiatur habere cor putridum,preſumitur habuiſſe defectum tempore venditionis ar. l.ſi ventri. §. fi. ſupra de priuil.credit.& ideo agere poterit redhibitoria ad pretium per tex. in l.quod ſi nolit. §. ſi mancipium & §. item ait de edili.edi.Ang.vero hic tenet oppoſitum. quia cum venditor non fuerit in mora interitu ſpeciei debet liberari l. ſi ex legati cauſa,cū ſimil. ſupra eo. Sed Imo. Ludo. & cōmuniter moder. hic ſequuntur Ioan. Andr. quia mors iſto caſu preſumitur ſuperueniſſe ex defectu annexo ipſi animali tempore contractus,& idem voluit Bal. in d.l. 1. de edil.acti. & in d.l.ij.de reſcin. vendi. dicens ita fuiſſe obtentum facit*

glo. ſing. ſecundum Imol. & Ludo. in l. 1. C. de emen. ſeruo. et q̄ not. 50. diſtinct. C. ſiqua mulier. vbi vulneratus mortuus ĩfra triduũ præſumitur mortuus ex vulnere, licet aliquo medio tēpore conualuerit, & hanc opi. Io. Andr. ſequutus fuit idem Ang in repet. l. ſciendum in vltimo dicto ſupra eo, niſi ſecundum eum venditor probaret cōtrarium puta q̄ infra triduũ equus comedit herbas venenoſas, in quo ſtabitur iuditio peritorum in arte per l. ſemel C. de re mili. li. xij. circa que vide not. per Bar. poſt glo in l. mancus. in fi. ſupra loc. & in l. ſi rixa in fin. C. de ſicca. & Bal. in prohemio ff. 3. colum. & in d. l. ij. 2. queſt. de reſcin. vendi. & Tancred. in opere ſuo xi. Rub. queſt. 9. Gandinũ in tractatu malefic. in tit. de homi. & Ant. de But. et D. Abb. in c. ij. de cler. percuſ. in quibus locis reperies, an & quando quis præſumatur mortuus ex vulnere vel morbo præce-
83 *dente † Et aduerte, quia Io. Andr. & Bal. in locis ſupra alle. faciunt vim quando reperitur morbus latēs in ipſo equo mortuo, puta cor putridum, vel apoſtema, vel ſimile, vnde ſi nō reperitur aliquis morbus intrinſecus, tunc ex ſola morte equi ſequuta infra triduum poſt ven*

ditione

ditionem ſine dubio non preſumetur mortuus de aliquo morbo antiquo, niſi aliter probetur, ſecundum moder. Peruſ. Dicentes ex hoc vidiſſe conſultum & obtentum in quodam boue, qui infra triduũ poſt venditionẽ apud emptorem fuit infirmatus,& in vltimis effectus,non tamen fuit ſaquuta mors. Nam ſi non probaretur aliter ꝙ dictus morbus fuit apud venditorem, puta per textes qui ita viderint. Tunc preſumeretur magis ex culpa emptoris, vel ex caſu fortuito ſuper venienti accidiſſe: quia dictum Io. And. fundatur in dolo venditoris, qui non preſumitur, niſi perſpicuis inditijs probetur l. dolum C. de dol. Et ſic habes vnam limitationẽ ad doctrinã Io. And. & aliorũ ſequa.

84 † *Secundo limit. niſi ille equus mortuus parũ ſtetiſſet apud ipſum venditorem puta per vnũ vel duos dies: nam tunc licet reperiatur habere cor putridum, vt ſupra, tamen non preſumitur ſcientia venditoris, vt eſt de mente moder. Peruſ. hic, & puto veriſsimum arg. d. l. dolum cum ibi not.*

85 † *Aduerte etiam ad id quod ſupra dixi de morte ſequuta poſt percuſſionem. An preſumatur ſequuta ex dicto vulnere, quia iura in*

hac

hac materia nõ limitant preciſè tempus, ſed dicunt ſimpliciter ꝙ ſi modico tempore fuit ſequuta, preſumatur ex precedenti vulnere, vt probatur in c. presbyterum, & c. continebatur de homici. & in d c. ij. de cle. percuſ. propter quod dicunt hic moder. Peruſ. vidiſſe conſultum per ſolemnes doct. ꝙ ſi apparet ex iuditio medicorum ꝙ vulnus fuerit mortale, licet poſtea cõualuerit per aliquos dies non propterea excuſabitur percutiens ab homicidio, etiam ſi durauerit percuſsus per longum tempus, vt probatur in l. ait lex ſupra ad leg. aqui. facit l. huic ſcripturæ §. ſi ſeruus eo. tit. De quo tamen latius hic per ipſos mod. Peru. quibus adde ꝙ idem ineffectu tenet Flori. in d. l. ait lex. Dicens ita conſuluiſſe Bar. in conſ. incipiente, queſtio talis eſt. Titius fuit à Sempronio percuſſus.

Soli Deo honor & gloria.

PETRI PICI IV. CON.

ELEGANS ET PERVTILIS REPETITIO IN

L. Siquis arbitratu ff. de verborum obligationibus.

SVMMAE.

1 Arbiter pluribus modis dicitur.
2 Arbitratorem dupliciter ſummi.
3 Arbitramentum quandam tranſactionem eſſe.
4 Plurimum diferri arbitrum, & arbitratorem.
5 Arbitri ſententiæ (licet iniquæ) ſtandum eſſe; non item arbitratoris, quæ poteſt reduci ad arbitrium boni viri.
6 Quod de arbitro dictum eſt ex cauſis verum non eſſe.
7 Arbitramentum cõtractum conditionalem efficere.
8 Diuiſio l. ſiquis arbitratu.
9 Compendium leg.

10 An arbitratus,de quo nunc agitur, obteneat in ſeruo, & monacho.
11 Quid importet dictio quaſi.
12 An poſt moram ſtipulatoris promiſſor amplius teneatur.
13 Stipulationem, cæterosq; contractus poſſe in arbitrium conferri.
14 Quid ſi contractus in liberam alterius voluntatem conferatur?
15 Arbitratorem in cõtractu aſſumptum ad arbitrandum cogi non poſſe.
16 Quando propter moram arbitratoris expiret arbitrandi facultas.
17 Conditionalem effici contractum per arbitramentum, & quid in vltimis voluntatibus?
18 Senſus l. & ideo.
19 An ſtipulatoris præſentia neceſſaria ſit vt arbiter arbitrari poſſit?
20 Arbitrium partibus abſentibus,& non citatis expediri non poſſe.
21 E cõtra partibus etiam abſentibus expediri poſſe.
22 Arbitratorem iudicialiter non cognoſcere, ſed nudum tantum miniſterium habe-

habere. num 23.

24 Arbitrari poſſe etiam in die feriata in honorem Dei,

25 Veriorem eſſe poſtremam ſentẽtiam, poſſe ſcilicet arbitrium ferri partibus abſentibus pluribus rationibus probatur;& contraria diluuntur num. 26.

27 Poteſtas arbitri dependet à compromiſſo.

28 Caſus in quo non arbitrante arbitro recurritur ad arbitrium boni viri.

29 Firmato contractu in ſui ſubſtantia, ſi arbitrator circa qualitatem aliquã vel accidens arbitretur, poſſe recurri ad arbitrium boni viri.

30 Contraria Doctorum ſententia ſuperiori opinioni, & contrariorum ſolutio, num 31.

32 An ex natura contractus præcedentis poſsit recurri ad iudicem.

33 Cum conditio appoſita pendet ex alterius volũtate, eius eſt velle, vel nolle.

34 Veriorem eſſe illam ſententiam, quod a pert. arbitratura non eſt recedendũ, & contrariorum ſolutio. num. 35.

36 Quantum poteſtas arbitrandi duret.

37 Iuriſdictio delegati durat ẽt vltra inſtantiã, & ſic donec voluerit iudicare.

38 Non præſumi arbitrium amplius arbitraturũ, ſi infra annum non arbitretur.

39 Duo ſpecialia in eodem actu nõ concurrere.

40 Valere argumentũ à contractibus ad vltimas voluntates.

41 Arbitratoris facultatem in contractibus, anno non finiri, ſed perpetuam eſſe, niſi partes ipſe terminum dediſſent, aut arbitrium reuocaſſent. & num. 42. & contrariorum ſolutio. nnm. 43.

44 Quid ſi arbitrium collatum ſit in alterum ex cõtrahentibus, an ſpatio vnius anni finiatur?

45 An renuntiari poſſit benefitio petendi reductionis ad arbitrium boni viri in caſu quod arbitrator nnuquam laudum (vt aiunt) ſuum proferat? quæſtio ad partes diſputata. & nu. 46. 47.

48 Valere tunc renuntiationem, cum firmata eſt iuramento, non item ſi ſimpliciter facta ſit, ſicuti etiam à tranſactio-

ne iurata

ne iurata recedendum non eſt. nu. 49.
50 Iuramentũ enim ſi actui adhibitum ſit, facit eum valere eo modo, quo melius valere poſſet, ſcienti enim & volenti non fit iniuria neq; dolus. num. 51.
52 Sicuti etiam valet pactum ne quis agat depoſiti, licet inducat tacitam doli remiſſionem, & ſicuti renuntiari poteſt appellationi à ſententia proferenda. num. 53. & liti mote num. 56. attento itidem quod quilibet in re ſua eſt moderator, & arbiter. num. 54. & quód hoc etiã cum enormi læſione in compromiſſo admitti potuit. num. 55.
57 Aduerſus iuramentum etiam meticuloſum non veniri.
58 Cuilibet conceſſum eſt iuri ſuo, vel pro ſe introducto renuntiare.
59 Non aliter petitur reductio ad arbitrium boni viri quam ſi enormis læſio adſit.
60 Dolus, & iniquitas de futuro remitti poſſunt.
61 Prædicta renuntiatio habet in ſe tacitam condictionem, ſi dolus arbitrato-

ris non adſit.

62 Renuntiatio habet vim donationis.

63 Compromiſsum ſemper habet eam conditionem, ſi æquè arbitratum ſit, eodem iure vtimur in generali remiſſione, & renuntiatione, num. 64. nec non, & in iuramento, num. 65.

66 Iuramentum ſecundum iurantis mentem dijudicandum eſt, quare non eſt ad ea trahendum, ad quæ veriſimiliter iurans non ſe aſtringeret.

67 Quid ſi à partibus reductioni renuntiatum ſit non ſimpliciter, ſed ea clauſula adiecta etiam, quod enormis læſio contingat.

68 Renuntiatio reductionis ad arbitrium boni viri etiam iuramento firmata renuntiantem non excludit, quominus adhuc reductio peti poſsit in caſu læſionis enormis.

69 Solutio eorum quæ huic concluſioni contraria videbantur.

70 Iudex imperitus malè iudicans facit litem ſuam, quod in arbitratore verum non eſt.

Taci-

71 Tacita voluntas in mente retenta nihil operatur.

72 Iuramentum licet metu extortum tamen obligatorium eſt.

73 Arbitrator poterit alterum ex compromitentibus multum lædere, non autem enorme læſione afficere.

74 Quomodo, & quando reductio peti poſsit.

75 Virum bonum ad quem facienda eſt reductio, iudicem ordinarium eſſe.

76 Nunquid à boni viri ſententia appellari poſsit? Quæſtio ad partes diſputata.

77 A quibuſcunque Iudicibus appellari poſſe.

78 Qui Iudices ab hac regula excipiãtur.

79 Nemini iuris auxilium denegandũ eſt.

80 Iniquitati indulgendum non eſſe.

81 Quæ eadem ratione mittentur eiuſdẽ iuris eſſe cenſentur.

82 Ius appellandi ex ſententia, non item ex actu procedenti formam ſuſcipit,

83 A ſententia Principis etiam non cognoſcentis appellari non poteſt, quod

in Principis delegato non obtinet.

83 A quacunque ſententia actionem producente regulariter appellari poteſt.

84 Coram arbitratore neceſſario non offertur libellus.

85 A ſententia lata ſuper reſtitutione in integrum appellari.

86 Vbi aliquid arbitrio Iudicis comiſſum eſt, ſi inique arbitratum ſit appellatio interponi poterit.

87 A ſentẽtia boni viri appellari nõ poſſe pluribus demonſtratur rationibus.

88 Appellationes inductę ſunt ad tollendas iudicum iniquitates.

89 Duobus arbitris electis diſentientibus, tertius eligitur, à quo appellari non poteſt.

90 Solutio eorum prædictæ ſententiæ cõtraria videbantur.

91 Trãſactionis nomen generaliter ſumptum quid ſub ſe contineat.

92 Cur à ſententia Principis non appelletur.

93 Arbitria reducta ſunt ad inſtar iudiciorum.

An

94 An pœna in principali arbitrio ſtipulatione præmiſſa in arbitrio boni viri veniat.

95 Firmatur ſententia affirmatiua quod ſcilicet appellari poſsit à ſententia boni viri.

96 Contrariorum ſolutio.

97 Valet argumentum de appellatione ad reductionem.

98 Non valere argumentum à contrario ſenſu cum reſultat prauus intellectus.

99 Victum victori in expenſis condemnandus.

100 Arbitramenti propriè nec legitimè tranſactionem non eſſe.

101 Modica læſio appellationem non inducit; nec item reductionem ad arbitrium boni viri.

102 Tunc à ſententia reductoris appellare non poteſt, cum eſt confirmata per Iudicem appellationis.

103 Iudex ordinarius ſemper vir bonus cenſetur.

104 Sententia reductoris eſt emendatiua ſententiæ arbitratoris.

INSTITVENTI MICHI NOtabilem hanc l.ſiquis arbitratu ſituatam ſub aureo & famoſo titulo ff.de verborum obligat. interpretari, operepręcium fore videtur, vt cum ipſum ordinem in eius explanatione obſeruem, quē quidem in cæteris legibus ſuperius repetitis conſueui obſeruari.

Ad primum itaq; veniens, pręmitto pro euidentia infra dicendorum, ꝙ habemus in iure
1 *arbitrum & arbitratorem.* † *Arbiter enim pluribus modis dicitur, vt per glo.in l. pri.ſup. de arbit.& in l.ſi ſocietatem ꝟ. arbitrorum pro ſo. aliquādo enim accipitur pro Iudice ordinario ſeu etiam delegato, vt in l. quiſquis C. de poſi. in l.pri.iuncta glo. de ſeu.ex breui. reci.l.arbiter.cum ſequēti, qui ſatiſda.co. Aliquādo accipitur pro quaſi delegato. pre: pro eo qui aſſumitur in loco Iudicis recuſati.ſeu qui de cauſa ſuſpic. cognoſcit, de quo in l. apertiſſimi, & in l.fin.cum ibi not. C. de Iudi. in Aūt. offeratur in c.ſuſpic.de offi. de le.in c.ab arbit. extra co. lib.vi.& in c.legitima extra de app. eo.lib. Aliquādo tertio accipitur pro moderatore ſeu diſpenſatore, vnde dicitur ꝙ in re ſua quilibet eſt moderator & arbiter l. in re man-*

data C.mandati,facit in l.dudum C.de contrahenda empt. Aliquando & quarto caſu accipitur pro arbitro compromiſſorio,in quem ſ. partes compromittunt ſuper lite decidenda & dirrimenda arbitrio ſuo ad inſtar Iudicis ordinarij,de hoc ferè in toto tit.ſup.de arbitr.&c.
2 *† Arbitrator aliquãdo enim profectò aſſumitur pro voluntate, nutu & iudicio, & de hoc in l.fin.§.ſed & ſiquis C.eo.de lega. & in l.1. vbi plenè per Bar.& Bal.& doct. de leg.ij.in l.nulli.& in l.ſiquis ad declinandam C.de Epiſcopis,& Cler.in l.cum quidam de leg.ij. Et in pleriſq; alijs locis, licet ille propriè non ſit arbitrator nec arbiter,ſed magis executor, ſecundum Bal.in d.l.1.de leg.ij. Aliquando accipitur inter viuos ſuper contractu, vt puta ad precium rei venditæ taxandũ, vel aliã quantitatem ſeu qualitatẽ diſſiniendam, vt patet in l.fin.C.de contrahen.emp.in l.ſi coyra,in l.ſi ſociet.cũ leg.ſequẽtib.ſup.pro ſot. in l.ſi merces in princ. in l.ſi in locãdo ſup.loca. in §.preciũ inſti.de empt & vend. Et in hac etiam l.mea, & de hoc propriè in præſentiarum habendus eſt ſermo.poteſt tamen hic & arbitrator sũmi ſuper lite,vt partes concordent de iure &*

de facto, vt not. ĩ l. ſi demas §. recepiſſe ſup. de arbi. in Aũt. ſi vero contigerit C. de Iudi. & in cor. vnde sũmitur & ĩ l. 1. §. vnde queritur
3 *de op. no. nun.* † *Nam arbitramentum dicitur eſſe quedam trãſactio, vt voluit glo. notabil. ĩ aũt. vt diffe. Iudi. §. ſi vero col. ix. Butr. & Bar. in d. §. arbitrorum, Inno. & Hoſti. in c. quintauallis extra Iureiuran. Et ſic arbitramenta ad inſtar contractus redacta. Arbitramenta vero ad inſtar iudiciorum rediguntur l. 1. ſupr. de arbi. habemus & 3 ſecundũ Bar. in d. §. recepiſſe exinuẽtæ glo. in amicabilem compoſitionem, vt eſt propriè ille, qui interuenit ad partes ſuo tractatu reducat abſq; vlla ſua ſentẽtia ſiue diffinitione. An aliquid dan-*
4 *dum ſit ab altero, an non.* † *ſecundũ præmitto ꝙ inter hos, videlicet inter arbitrum & arbitratorẽ plurime in Iure reperiuntur differentiæ per Iac. de Ra. & Cyn. in l. ſi quis ex contractu, & in l. epiſcopale C. de epiſcopali audi. per Ia. Butr. & Bar. in d. §. arbitrorum per Io. Andr. poſt Inno. & Hoſti. & plenius per Butr. & Imo. in c. quintauallis ſupra allegato, per Specu. in tit. de arbi. §. primo de quo etiam aliquid in expeditione prime definitio-*

nis. Sed vna eſt quo ad propoſitum in ea diffe
5 *rentia, precipuè: quia ſententiæ † Arbitri ſtari dicitur, ſiue equè, ſiue iniquè pronuntiet, ſibiq; imputet, qui compromiſſit &c. l. diem proferre §. ſtari ſup. de arbi. Arbitratoris verò ſententia ſi ſit iniqua, ad boni viri arbitriũ redigenda eſt ſ. ẽpe d. §. arbitrorum. Et huius ratio differẽtiæ eſt ſecũdũ Bar. quia qñ cõpromittitur in arbitrũ, qui habet ſeruare morem Iudiciorum partes quodammodo contemnũt Iudicem, Ad quem iuriſdictio ipſa ſiue cognitio alias pertinebat. Vnde non debent poſſe ad illũ redire, quẽ ſpreuerũt, l. litigatores in princ. ſupra de arbi. ſa. tex. in aũt. vt li. ma. & auie, §. pen. col. 8. & l. auxiliũ ſup. de annot. quæ quidem ratio ceſſat quando compromittunt in aliquem tanquam in arbitratorem. Nam tunc hoc fit ſuper contractu, vt paulò ante dicebam, qui contractus partium cõuentione celebratur nõ ex Iudicis auctoritate. tũc nulla fit iniuria Iudici, Nimirum ergo ſi ad ipſum recurri poteſt, ſuper reductione iniqui arbitramenti fienda. Et hoc verum etiam ſi compromiſſum eſſet iuratum, vel cum pœna, vel vallatũ ſtipulatione ſecũdũ Inno. in d. c. quinta*

uallis

uallis. Nam intelliguntur iſta ſecundum naturam eius ſuper quo interponuntur l. fi .C. de non num. pec. & eſt optimus tex. in l.ſi libertus.de oper.li.fa. l.Lucius ſup.ad Treb.ſub intelligitur enim condictio,niſi laudum retractetur d.l.ſi libertus,fa.c.quintauallis & c.venieñs de iure iuran .quod tamen ſupra dixi,ſententiæ arbitri omnino parendum eſſe, procedit
6 † *niſi arbiter per dolum prenuntiaſſet l. non diſtinguenda ꝟ.cum quidam, & l. ita demum. cum ibi not.ſup.de arbi. l.iij. c.eo.ti. Idem etiã ſecundum Imo.in d.c.quintauallis niſi arbitramentum euidens peccatum contineret, vel eſſet expreßè contra ius vel res prius iudicatas, c. non ſine c. peruenit expoſita extra de arbit. ad hoc eſt glo. notabilis ſecunda, queſt. vi. c.*
7 *Iudicibus.* † *Secundo & vltimo premitto, ꝙ vbi ſuper aliquo cõtractu eligitur arbitrator, contractus ille efficitur condictionalis .ſ. ſi ille arbitretur, vt probatur in l. fin. C. de contrahen.empt.l.ſi merces. ſup. alleg. Igitur illo nõ arbitrante & ſic condictione deficiente, deficit cõtractus, vt in dictis Iurib .habetur, et in hac l.cum ſequenti glo. in l.euacuatis C.de decu.li. x. quia villa, vel caſtrum ſeu ciuitas poteſt*

ex

ex huuē ciuē vel fabrum, licet Bar. ibi contra & in tell. glo. illam, ꝙ non poſſit iam in præiuditium Principis, ſed bene in præiudi. ſui. Nā ciuitas, vel villa, vel caſtrū tenebitur poſtea pro illo, vide Ange. in l. inter debitorē de pac. do. queſt. 2. & vide Bal. in l. ſi ex toto de legā. pri. ſi Princeps fecerit aliquē ciuē exemptū, an cautiones quæ præſtabant tantum cenſus, vel fochalariorū vel collecte nunquid teneantur. Et ad hoc in totum præſtare vel debeant releuari, Bar. in l. ab omnibus de leg. primo, ꝙ in totum, Ang. contra in l. ſuas, §. Item ſi pat. & ibi, & loc. all. in præcede. §. illius §. Item ſi pact. ſiue in d. l. ab omnibus. allegata. Io. An. in c. non munus, de in munit. ecc.

8 † *Hijs ſic præmiſsis, diuido literam iſtam ī tres partes prīcipales. Primo nāq; loquitur, quādo ſtipulator fuit ī mora quo minus ſtipulator arbitretur. Secunda vero parte loquitur quādo arbitrator ipſe fuit in mora, et diſtulit arbitrari. In tertia, & vltima loquitur, quando nullo modo arbitratus eſt. Secunda ibi quid ergo. Tertia ibi & ideoq;. Et hęc ſecūda ſubdiuiditur in duas. Nam primo ponit dictū, ſecundo verò infert ad ſtipulationem pęnalem. Secunda*

9 da ibi adeo † Et hoc intẽdit in ſumma arbitratore non arbitrante non valet contractus.nec ab eius per verba receditur ad arbitrium boni viri,hoc dicit, vel ſic ſecundum Ange. ſi arbitrator aſſumitur ſuper contractu arbitrio non lato, nec receditur à perſona, ſed contractus eſt nullus, hoc dicit vel ſic ſtipulatio collata in arbitrium tertij, eo non arbitrante expirat, & pęna non committitur. h.d.ſecundũ Raph. Cu.vel ſic ſecundum intell. Cyn.& Imo. quem ego ſequar in ſecunda cõcluſione mea,arbitratore aſſumpto ſuper contractu etiam iam perfecto & firmato non arbitrante,non receditur à perſora h.d. caſus ad lungum in his terminis figuratur &c. In textu ibi arbitratu Lutij ti-
10 tij. † Iſta verba ſonant in ius, non in factum, Et ideo in ſeruum non cadunt l. illa verba infra de ver.ſi. Ange. quid autem ſit in Monacho tetigit glo. ĩ l.pedius ſup. de arbi.habetur. in l.ſiquis ex cõſenſ.ſup.de Epiſcopali audi. in c. quintauallis, pre allegato ibi. Moram fecerit pre. quia promiſſit puta quia non promiſſit ſe reperiri,& ſic non potuit citari et requiri, ſecundum Angel.& doct. Et ita intelligendo, hic eſt caſus ſecundũ eos ꝙ arbitrator non

poteſt

poteſt arbitrari partibus preſentibus, & non citatis, cuius tamen contrarium innuit prima mea concluſio, & infra latius attingam.

11 † *Ibi quaſi moram fecerit, hec verba duplicẽ conſenſum poſſunt habere, Primum, ꝙ dictio quaſi ſit expreſſiuam veritatis. Et intelligit. ꝙ promiſſor non tenetur ſtipulatori, qui prius fuit in mora. Et eſt ratio, quia ipſe moram non fecit. Et hoc ſenſit glo. hic dum alleg. leg. illud. de pericu. & co. rei. ven. Alius & ſecundus eſt ſenſus, ꝙ non tenetur promiſſor quaſi moram fecerit, hoc licet in mora fuerit, poſtea tamen non tenetur ex quo ſcilicet ſtetit per ſtipulatorem quominus arbitrator arbitretur. Et tunc dictio quaſi ſit nota in proprietatis, pro quo facit quod infra dicam inſequẽti apoſtilla.*

12 † *Ibi non tenetur ſ. amplius ſecundum Imo. licet glo. ſuper hoc verbo aliter ſenſerit & male ſecũdum eum videlicet, ꝙ poſt moram ſtipulatoris promiſſor adhuc in alia poſteriori mora eſſe nõ poſſit, vt ſic vltima mora noceat per l. illud ſupra alleg. & facit l. ſi ſeruũ ſ. ſequitur infra eo. quod non admittit Imo. Nam propter moram ſtipulatoris ſoluitur compromiſſum & pœna committitur l. diem proferre*

ſ. ſi quis

§. ſiquis litigatorũ ſupra de arbi. Niſi fortè ſecundum ipſum pecunia adiecta fuiſſet in ſtipulatione totiens quotiẽs contrafactum eſſet per l. ſi duo §. ſel. ſup. de arbi. quod fortè intelligendus eſſet, vt non teneatur amplius promiſſor poſt morã ſtipulatoris .ſ. virtute huius conuentionis & compromiſſi, Ita ſoluti vt ſupra dictum eſt, non tamen propterea debet dici liberatus ab obligatione expreambulo contractu, in quo nullã præſupponitur moram comiſiſſe. Argumento leg. repertum ſupra de hijs, qui vt indi. in l. & ideo nihil valet, vt pote deficiente cõditione, ſub qua concepta erat ſtipulatio, vt ſupra in euidentialibus ante dixi.

13 † *Not. primo ex princ. huius l. ꝙ ſtipulatio ſeu perfectio ipſius ſtipulationis poteſt conferri in arbitrium tertiæ partis. Idem quoq; eſt in cæteris contractibus l. fin. C. de contrahenda empt. l. ſi merces, cum concor. ſæpe allegatis, et ille propriè dicitur arbitrator, propterea dicit tex. arbitratu non autem arbitrio ſecundum D. Pet. de Bexutio, hic aũt terminus arbitrator, in iure nullibi reperitur expreſſus, licet de ipſius mente ſit excerptus, vt patet ex Iuribus ſupra in euidentialibus allegatis. Et maximè*

ximè de hoc not. in d. c. quintauallis vbi not. plures quam xx. differentiæ inter ipſum arbitratorem & arbitrum.

14 † *An autem contractus poſsit conferri in tertium in liberam eius volũtatem. ſ. ſi voluerit, habetur in l. centeſſimis in fi. maximè per Cu. infra eo. Et an & quando contractus conferri poſſit in liberã voluntatem et arbitrium alterius excontrahentibus, habetur plenè per glo. & doct. in l.ementis C. de contrahenda empt. in ꝯ.pe.inſti.de contrahen. empt.& ven.*

Not. ſecundo ꝙ quando ſtipulatio confertur in arbitrium tertij, ſi poſtea per vnum ex contrahentibus ſtet quominus ille arbitretur, fit cõtra illum interpretatio per quem ſtetur.

15 † *Subſequenter not. hic videri expreſſum in verſiculo quid ergo, ꝙ arbitrator aſſumptus in contractu non cogitur arbitrari. Et hoc fortè ea ratione, ne quis cogatur dimiſſis proprijs negotijs intendere alienis. ar. l. præſes C. de ſerui. & aqua. ꝙ verum intelligit Odofre. in d. l. ſi. de contrahen. empt. niſi conſenſiſſent, & arbit. vltro ſuſcepiſſent, facit l. iij. ꝯ. tam et ſi ſupra de arbit. & ar. l. in cõmodato ꝯ. ſicut, ſupra cõmo. glo. in c. vt circa de elect. in vi. ꝙ ſi ad*

actum requiritur iuramentũ cum tactura ſcripturæ non eſt ſatisfactũ diſpoſitioni, ſi præſtatur Iuramentum ſine tactura ...

16 † *Not. quarto ex hoc verſ. ꝙ propter moram arbitratoris non expirat poteſtas arbitrandi, Sed tunc demum cum non omnino arbitretur aut arbitraturus nõ eſt, puta ſi deceſſerit vel nolit arbitrari d.l.fi.& leg. ſi merces. Et hoc contingit ſi denuntiet partibus ſe nolle arbitrari ſecundum doctores. Quanto autem tempore poteſtas ipſius arbitratoris duret, vt ſic eo elapſo dicatur expirare eius officium & nolle arbitrari, tetigit hic Bart. conludens ꝙ anno finiatur. Alleg. caſum l.fin. §. ſed & ſiquis C. cõmunia dele. contrarium tamen vult pe.mea concluſio, & infra patebit.*

17 † *Penultimo not. ibi magis probari &c. ad id quod frequenter conſueuit hæc l. allegari ſcilicet ꝙ à perſona nõ receditur ex quo ſequitur, id quod ſupra dicebam, ꝙ talis cõtractus pendet ex euentu condictionis, ſi ille arbitrabitur. Item & ſecundo, ꝙ eo non arbitrante deficit ipſe contractus, vt in l. ſequenti. Item ſequitur & tertio ꝙ quamuis arbitratoris poteſtas non tranſit ad hæredes de quo in l. ſi ſtipulatus fuerim*

tus fuerim infra eo. Et hoc verum in contractibus inter viuos. Secus autē in vltima volūtate, vbi benè receditur à perſona arbitratoris d.l.ſi.§.ſed et ſiquis c.cōmunia de le. Et hoc in glo. & hoc fauore vltimæ voluntatis l. in teſtamentis de re.iur. Et huius fauoris ratio ex eo perſuaderi poteſt, quia teſtator poſt mortem amplius ſibi prouidere non poteſt. Ideo prouidet l. ſubrogando arbitrium boni viri, at contrahentes bene poſſunt ſibi prouidere ad huc fa. not. in l. illa inſtituti. de haben. iuſti. in l.1.C. ad ſacr.ſanc. eccl. quod tamen etiam in vltima voluntate procedit, quātum ad principalem diſpoſitionem ipſius teſtatoris, quantum verò ad cōmiſſionem penè à teſtatore appoſita, non tamen receditur à perſona; l. multum, & ibi de hoc ſupra de condi. & demon. 1

18 † *Ex l. ſequenti not. ꝙ ſicut non valet principalis ſtipulatio ratione deficiētis conſenſus & formæ à partibus expreſſe, nō valet nec penalis nec acceſſoria, facit l. cū principalis de reg. iuris, textualibus expeditis venio ad expeditionem materiæ.* 2

Et pro expeditione meæ concluſionis, oppono contra hunc tex. dicitur hic ꝙ ſtipulator mo-

*ram fecerit quominus arbitretur Titius pro-
miſſor nõ tenetur &c. quaſi ſentiat ꝙ ad hoc
vt arbitrator poſſit arbitrari requiritur præ-
ſentia ipſius ſtipulatoris. Nam ſi eo abſente
& non citato poſſet arbitrari, non diceretur
tunc ipſe ſtipulator in mora eſſe ſecundũ doct.*
19 † *Sed contra hoc oppono, & immo videtur ꝙ
etiam abſente eo & nõ citato poſſit arbitrari,
vnde argumentatur ſic, verba illa, arbitratu
Ticij, important condictionem, vt hac l. proba.
cum ſequenti. Sed in implemento purifica-
te condictionis non requiritur præſentia ſiue
ſcientia partis, vt habetur in l. ij. de condi. &
demon. ergo nec in laudo proferendo requiri-
tur præſẽtia partium huius timore contrarij,
& aliorum quæ infra deducentur; maiores no-
ſtri in varias ſe ſe diuiſere ſententias, Pet. nãq;
de Bella Pertica, & Iaco. de Rau. quos etiam
ſequitur Cyn. in l. fin. C. de contrahen. empt.
tenuerunt, ꝙ arbitrator nõ poſſit arbitari par*
20 *tibus abſentibus, & non citatis.* † *Allegant
iſti. leg. iſtam, inducentes eam vtſupra. Hanc
eandem ſententiam dicitur ſeq. Ray in d.l.ſi ſo
cietatem §. arbitrorũ & Alberi. in l.fin.C.de
contrahen.empt. Moti hac l. per hunc eundem*

tex.

tex. Eandem etiã opi. amplexus hic fuit Bar. Motus pluribus iuribus & rationibus, cum quo per tranſire videtur hic Angel. & Bald. licet idem Bal. in pleriſq; alijs locis aliter ſenſerit, vt infra dicam, pro qua ſententia .ſ. ꝙ non poſſit abſentibus & nõ citatis à partibus laudum proferre arbitrator, aducit, Bar. primo loco, l. diẽ proferre §. ſi quid litigatorũ ſupra de arbit. vbi in arbitro hoc dicit eſſe expreſſum. Secũdo dicit idẽ in arbitratore probari per caſum huius leg. vt ſupra dictum eſt in prima opinione. Tertio mouetur Bar: per l. ꝙ ſi nolit §. ſi quid ita, ſupra de edilli. edic. vbi non poteſt pars, abſente parte, placitum ſuum declarare, ſed verba ſi placuerit, idem important ꝙ verba ſi arbitratus fuerit l. thais §. ſororem de fideicõ. lib. ergo non poteſt abſentibus partibus arbitrari. Quarto ad idẽ aducit l. legatum ſupra de vſufr. lega. vbi requiritur præſentia ſeu citatio hæredis incõmutando legato. Quinto facit l. hac edictali §. id ideo verſiculo mobiliũ C. de ſeruis nupt. vbi iurant tales arbitratores; at ĩ iuramẽto requiritur præſentia partis l. ſi quando C. de teſti. ergo &c. Sexto inſtant ſic, licet arbitrator iudicialiter

non cognoſcat, vt not. per aliquos in l. 1. ſup. de arbitris & in l ſi de meis §. recipiſſe eo. tit. in aūt. vt diſſe. iudi. §. ſi vero, per Iano. & alios in d. c. quintauallis, debet tamen partes habere partes, & cōuocare, et interrogare ar. l. iij. §. ſed ſi non conſtat. ſupra vbi pupi. educ. debe. Melius in l. ſi de meis §. recepiſſe ſupra alleg. Septimo facit regula, vbicunq; ex aliquo actu quis lædi poteſt, eſt citandus l. nam & ita diuus. ſupra de adop. l. in cauſæ §. cauſa cognita de anno. l. de vnoquoq; cū ſi. de re. iudi. Sed hic poteſt quis ledi ex arbitramēto, ergo &c. Octauo ad idē, l. neceſſe. ſupra de in diē adiec. l. cum quidam in fin. cum l. ſequenti, de leg. ij. in actu etiam extraiudiciali dicitur requiri is de cuius intereſſe agitur. Nono adducitur l. 1. §. cum dicitur ſupra ſi cui. plusquā, per l. fal. vbi ad arbitriū illum qui cognoſcit. An ſit locus legi falcidiæ inſtante duo ex legatarijs ſeu fideicōmiſſarijs, habent ēt heres cæteris fideicōmiſſarijs denuntiare, vt veniant coram arbitro illo, ergo &c. Decimo ſic merita negotij partium aſſertione panduntur l. ſi. C. ſi per vim vel alio modo ç. cum ex literis de reſti. in inte. ergo non videtur data poteſtas arbitratoribus

tratoribus procedendi & laudandi partibus. abſentibus, & non citaist. Vndecimo adducitur l.cum vero §.hoc ſenatus ſupra de fideicõ. liber. vbi in præſtanda libertatẽ ſecundum Senat.conſult. de quo in §. præcedenti euocantur illi à pretore.qui debebãt fideicõmiſſariã libertatẽ: Cum ergo ſtatuatur hoc in præſtatione libertatis, quæ eſt fauorabilior omnibus rebus l.libertas,de re.iur. ergo multò magis hoc erit dicendum hoc caſu vt requiratur præſentia ſeu citatio glo. 1.c.ſtat. §. aſſeſſorem, dereint.in l.ij.ſiquid cõmittatur cõſcientię alicuius nón põt reſilliri ab eius ſententia, & vide Bal.in l. ij. c. de ſcu.expet.reci. quẽ diſtingue, an aliquid cõmittatur conſcientiæ alicuius & tunc ſi pars læſa fuerit poterit appellare. Aut cõmittitur conſcientiæ, & tunc poteſt appellari. Decimo ſecundo pro hac parte facit, quia citatio eſt introducta à iure naturali vt patet, quia Deus primum hominem delinquentem citauit dicens. Adam vbi es, ergo dicitur ꝙ huius tale ius ſeruari debeat arbitrator, qui vt bonus vir debet procedere, pro hoc facit, quia introducta eſt ad defenſionem citatio ipſa, quam etiam Princeps tollere non poteſt c. pa-

ſtoralis de re iudi. in cle.& facit cle.ſępe. ad fi. de ver.ſigni.l.vt diui.de iuſti & iure. Decimo tertio comprobatur hæc pars, quia fortè poſſet pars abſens trahere in ſuam ſententiam,ergo &c. l.ſi in tres ſup.de arbi. Et ſic ex ſupradictis videtur concludendũ, ꝙ arbitrator electus de cõſenſu partium,debet pręſentibus ſeu citatis partibus arbitrari. Ad quod etiam adduci poſſent omnia iura quæ exigunt præſentias, vel citationes partium, prout regulariter interuenit.

21 † Sed contrariam opi. videlicet ꝙ etiam abſentibus partibus & non citatis arbitrator poſſit pronuntiare laudum ſuũ, reperio in primis tenuiſſe Gulielm. de Cu. in l. epiſcopale C. de epiſ. audi. Cuius opi. cum vidiſſet Cyn. de ea fecit aditionem in d. l. fin. C. de contrahen. emp.licet addictio illa ſecundum Cu. hic communiter haberi non ſoleat. Eandem etiam opi. refert hic Bar. tenuiſſe quendam ſolemnẽ aduocatum. Eam quoq; ſequutus Ray in d. l epiſcopale,vt hic refert Cu. Et ſibi ipſi in hoc articulo contradixit,vt ſupra patuit,hanc etiam ſententiam tenuit Bald.in l. ſiquis exconſenſu, C. de epiſcopali. audi. in l. nulli. verſiculo ſed

nunquid

nunquid heres de epiſcopis, & cle.in l.ij. verſiculo, Quinto principaliter queritur de legat. pri.& in d.l.fi.C. de contrahen.emp. vbi tamē hoc verbum addidit, ſi ſuper contractu electus ſit arbitrator, vel etiam ſi ſuper lite prius audierit partes, quam ſententiam proferat, pro quo facit l.quam vix. C. de allu. alleg. ſed ſi ommiſſa examinatione partium procedatur, diceretur in dolo verſari, & in dubio non videtur remiſſus l. creditor §.inter. ſupra mandati. Eādem opi. tenuerūt indiſtinctè D. Franc.de Aretio, hic Butr.& Imo.in d.c.quintauallis, pro hoc adducit Gulielm. primo loco l.ſi pater duos §.ſi ſtico, ff.de fideicom.lib.l. 1. in fin.cū ſequenti, ſi meſ.fal.modo. di.l.publia. in fin.ſupra depo.& alia iura, ad hoc facientia. Item quia arbitramentum cenſetur quidā contractus d.§. ſi vero in aūt.vt diffe.iudi.cū ibi not. qui contractus iniri poteſt inter abſentes l.labeo.ſupra.de pac.l. 1 .in fin.de contrahē. empt. Tertio pro hac parte facit, quia arbitramentum eſt declaratio quedā ipſius arbitratoris ergo fieri poterit per nuntium, vel per epiſtolam l.ſiquis mihi bona §. iuſſum ff. de acqui.hered.l. cum pater §.hæreditatem. de leg.

ff. leg. ex facto §. ſi quis rogat. ad Trebellia. Nam deportatus qui eſt in longinqua prouincia, remotus poteſt arbitrari & voluntatem
23 ſuã declarare, vt ibi habetur, ergo &c. †Quarto pro hac ſententia adducitur, quia arbitrator Iudicialiter non cognoſcit, vt ſupra dictum eſt, ſed ea quæ cauſę cognitionem non deſiderant, partis præſentiam non requirunt l. ſed ſi interpellatur §. 1. cum ibi not. & l. diem proferre in princ. ſupra de arbi. fa. l. iij. §. fin. cum ibi not. ff. de bon. poſs. tit. generali, ergo &c.
23 † Quinto facit quia arbitrator habet nudum miniſterium facti Ideo non videtur poſſe citari, ar. l. ſi vt proponis, C. de execu. rei. Iudi. Sexto pro hac ſententia adducitur. Nam verba illa arbitratu &c. cõdictionem important, vt eſt dictum in prima oppoſit. Modò in implemento ſiue purificatione condictionis, non exigitur præſentia partis, nec citatio d. l. ij. de condi. & demon. ergo &c. Septimo facit pro hac parte, quia poteſt voluntas noſtra declarari corã diuerſis l. Pompo. ſcribit. cum ibi not. in glo. de nego. geſ. ergo non requiritur præſentia ipſius partis. Octauo arguitur ſic, arbitratori cõmiſſum eſt extraiudicialiter vt arbitretur

tretur, ergo videtur potius habitus eſſe requiſitus ad effectum vt equè & iuſtè arbitretur, quam ad qualitatem ſeu modum procedendi. Ar. l. item ſi fundi. §. fin. cum ſequenti, de vſufr. alleg. non differrent extraiudicialia à iudicialibus. Nono pro hac parte adducitur for
24 tis ratio. † Nam arbitrator poteſt arbitrari die feriata etiam in honorem Dei, vt probatur in l. fin. C. de ferijs in verbo tranſact. Iſta enim eſt tranſactio, vt ſæpe dictum eſt. Illa autẽ die certum eſt neminem poſſe citari, vt ibi habetur ergo &c. Et licet prior precedens ſentẽtia tutior ab initio videatur, ꝙ præſentibus partibus vel citatis ſit laudum proferendum, vt inquit
25 Io. de Imola in d. c. quintanallis. † Hæc tamen ſententia pro vera magis michi placet. Maximè ex poſt facto vt ſupra ex eo ſolo non vitietur arbitramentum, quia ſit latum in abſentia partis. Et ad hoc moueor ea potiſſimè ratione, cum arbitratori iniunctum ſit à partibus tanquam bono viro extraiudicium, vt arbitretur, neq; vlla à partibus, ſeu à Iure præfinita ſit forma, quã obſeruare debeat in arbitrio, non videtur deberi ad hoc arctari, vt partes citet ſeu aliam ſolemnitatem obſeruet

ar. l.

ar.l. illam C. de colla. Maximè quia aliter dicẽdo obuiatur principali propoſito & intentioni ipſorum compromittentium, qui voluerũt euitare ſumptus & littigia, ac fruſtrationes iudiciorum, remque amicabiliter componi. Sed hoc modo, ſi ex hoc viciaretur arbitramentum, ad huc partes inciderent in ſtrepitus iudiciorum & controuerſias, contra ipſarũ mentem, quod non eſt dicendum ar.l. non omnis ſupra ſi cer.peta. cum ſi. Sufficere enim debet, ꝙ equè & iuſtè arbitretur, prout quiſq; bonus vir & amicus partium feciſſet, ꝙ ſi non faciat, redigi poſſit ad arbitriũ boni viri d.ꝟ. arbitrorum iuncta l. vnde ſi nerua. glo. in l. vij. ff. de condi. inſti. ꝙ quando ſunt appoſite in contractu elect. inſolite, tũc cõtractus præſumitur feneratitius ſeu ſimulatus, & facit quod not. Bal. in l. iij. C. plu. val. ꝙ agit. & ideo termini inuſitati non ſunt ponendi, nec illis vti debemus, ne in erroneè alios deducerẽt, tex. in c. relatum xxxvij. di. quod tex. neſcio alibi, & maximè haberẽt locum in fide cõmiſſ. Secundum quia magnus fauor eſt litium diminuendarum & tollendarum l. quidam extimauerunt ſupr. ſi cert. peta. cũ ſi. ſufficere enim debet ꝙ equè

& iuſtè arbitretur prout quiſq; bonus vir & amicus partium feciſſet, ꝙ ſi non faciat redigi poſſit ad arbitrium boni viri d. §. arbitrorum iuncta l. vnde ſi nerua, tamẽ quia magnus eſt fauor litium diminuendarum & tollendarum facit ij. l. equiſſimum C. de vſufruc. l. terminato C. de fruc. & lit. expen. cum ſi. pro hac etiã ſententia facit quod not. Inno. & alij Cano in c. fin. extra de præſumpt. vbi in actu extraiudiciali non ſunt ſeruande partes iudiciorum, nec citatio.

Ex quibus omnibus & multis alijs quæ adduci poſſent, videtur vera relinqui illa prima cõcluſio, ꝙ arbitrator de conſenſu partium aſſumptus poteſt laudum proferre partibus etiam abſentibus & non citatis.

26 *† Ad argumenta in contrarium facta, reſpondere poteſt. Et primo ad §. ſiquis litigatorum quod loquitur in arbitro habẽte inſtar Iudic. l. 1. ſupr. de arbit. quãquam tamen coram arbitro non contrahatur hermodianum, vt ibi habetur in d. l. 1. Sed extra differentias ibi poſitas, in ceteris habent arbitria inſtar iudiciorum per l. illam, concluſio verò noſtra loquitur in arbitratore, qui potius habet inſtar mediatoris*

toris & pro ſonete ſuper contractu tranſacto vt ſæpe dictū eſt. Ad l. iſtam ſiquis arbitratu; Reſpondetur primo, ꝙ hoc dictum erat, ꝙ non poſſet abſentibus partibus pronuntiare, arg. d. ʂ. litigatorum, vel & 2. ꝙ iſta ſapit diuinationem, ꝙ hic non dicitur, ꝙ fuerit in mora propter abſentiam ſuam, ſed potius fortè adhibuit impedimentum facti, puta occidendo aliter l. ſi ex legati cauſa, ſupra eo. leg. ſi ſeruum in princ. infra eo. probatur ex tex. dum dicit moram fecerit, vel tertio, hic potuit eſſe in mora pars, quia nondum liquebat arbitratori de negotio videlicet, ad huc non erat informatus & pars detractauit venire coram eo et informare ipſum de iure ſuo, vnde potuit dicere iure merito ſibi non liquere de cauſa & nolle arbitrari l. ſi de meis ʂ. fin. ſup. de arbit. Ad ʂ. ſiquid ita, reſpondetur, ꝙ illud prouenit ex natura ipſius conuentionis de reſtituendo, quæ præſentiam exigit ar. l. ſi fundus ʂ. fin. ſupra de l. cōmiſſo. l. pecunie in fine. l. cū quidam ʂ. ſi pup. ſupra. de vſur. vel. 2. ibi non dicit ꝙ exigat præſentiam in arbitrando ſuper diſplicētia, ſed excuſat emptorem à contumacia propter abundantiam alterius, cui reſtitutio

eſt fien-

eſt ficta, vel tertio ibi eſt arbitrator vnius ex contrahentibus in concluſione mea eſt tertius inter quæ eſt differentia vt infra patet.

Ad l. legatum reſpondeo, ꝙ loquitur in iudice ordinario, aliter ad l. iij. §. & ſi non conſtat ꝙ loquitur in Iudice qui habet obſeruare ordinem iudiciorum.

Ad l. hac edictali §. is illud, reſpõdeo ꝙ loquitur in arbitro, qui eligitur ex diſpoſitione Iuris tanquam teſtis & pariter, hic autem ex voluntate partium ipſarum tanquam mediator.

Ad l. nam ita diuus cum ſi. reſpõdeo ꝙ loquitur in hijs qui ex voluntate ſeu ex Iuriſdictione à iure vel à ſuperiore tributa, cognoſcunt & decidunt, qui habent iuris ordinem ſeruare vt ſupra dictum eſt; nos in arbitratore.

Ad l. neceſſe de in diem adiecto reſpondetur vel ꝙ ibi alter ex contrahentibus habet notificare, vel ꝙ ibi illud eſt propter naturam pacti in diem adiectionis vt ſciat, an emptor etiam plus velit offerre.

Ad l. cum quidam in fi. cum ſequenti reſpõdeo ꝙ illa cauſe cognitio fit à Iudice, vel ſecũdo, ꝙ exploratio illa, an alij ſunt petituri bene poterit fieri abſentibus partibus, nec hoc tex. ne-

gat

gat vel 3. ꝙ non arbitratur amplius executor ex quo fuit in mora, ſed eſt quaſi eum legatum omnibus de familia, vnde habet Iudex inſpicere an omnes voluit agnoſcere legatum, vel fortè aliqui repudiare voluit.

Ad l. 1. §. cum dicitur ſupr. ſi cui plus quam per l. fal. reſpondeo, ꝙ loquitur in arbitrio aſſumpto ex diſpoſitione iuris. & dato à Iudice, vt patet ibi dari ſolet, vel ī delegato, qui bene habet ſeruare ſolēnitates Iudiciorum. cōtrario vero loquitur in arbitratore de cōſenſu partiū electo, qui ad hoc non aſtringitur. Ideo à ſuperiore bene appellatur l. ad ſpecialis C. de Iudi. C. ab arbit. de offi. de leg. lib. vi. Ab iſto verò non, ſed ſola reductio peti poteſt ad arbitrium boni viri d. §. arbitrorum, ad l. fi. C. ſi per vim, vel alio modo, cum c. cum ex literis, de in inte. reſti, reſpondeo ꝙ per illa iura cum ſi. bene debebit arbitrator ſuper proceſſu vel cognitione ſua habere præſentiam partium, vt bene informet &c. ſed tempore referēdi arbitramenti hoc non reperitur Iure cautum, quo caſu loquitur contrario. Sufficit enim ꝙ quolibet modo informatus loquitur & arbitretur vt ſupra dixi.

Ad

Ad l. cum vero ſ. hoc Senat.conſulto,reſpondeo, ꝙ loquitur in Iudice ordinario, ꝙ non ſeruato ordine,nullum faceret actum; nos vero in arbitratore.

Ad id quod dicebatur, ꝙ citatio eſt inducta de iure naturali, quia Deus citauit primum hominem, reſpondeo, ꝙ verum, ꝙ citatio quæ ſit tempore examinationis & cognitionis, ad defenſionem, illa bene eſt naturalis. Et de tali loquuntur illa iura, quatenus dicunt illam à naturali introductam eſſe, & non loquitur de ea, quæ ſit tempore ſententiæ, quæ potius ex ſolemnitate Iudiciorum eſt operata vt patet l. ad perhemptorium cum l. ſequenti ſupra de Iudi. l. propera.C. de Iudi.& in aūt. qui ſemel C. quomodo & quando Iud.vel ideo citauit Deus ꝙ de ingentiſſimo præiuditio agebatur, videlicet de condemnatione totius humani generis,quo nullum maius eſſe potuerit.

Ad c. paſtor. & c. ſæpe, loquuntur in ordinario vel delegato vtſupra dixi, vel aliter loquitur in caſu criminali,& maximè Læſe Maieſtatis, vbi requiruntur probationes &c. l. ſciant in ar. C.de proba. glo.in c. cum contingat in verſ. nihilominus, ꝙ ſi Iudex admiſerit exce-

exceptionē quam nō debuit admittere, ſi probata fuerit, debebit ſequi probatio eius poſtquam admiſit, vide Panor. in d.c. cum contingat de off.de leg.

Ad vltimum de l.ſi in tres, reſpondeo, quod loquitur in pluribus arbitris, qui omnes habent iudicare et eſſe præſentes, quia de eorum dumtaxat qui ſunt præſentes legalitatis, non ſunt confixe partes & de commodo ipſius arbitri non agitur, hic autem vbi abeſt pars de cuius pincipalis præiuditio ſiue commodo agitur, bene non attenditur abſentia, cum non ſit veriſimile arbitratorem, & bonum virum moueri debere propter aliquem, vel 2. Ideo non valet ſententia vno abſente dicta, quia compromittentes videntur hoc egiſſe, vt vno abſente
27 *pronuntiari non poſſit, † & poteſtas arbitri dependet à compromiſſo l. non diſtinguemus, §. ne de officio, de arbi. hic vero partes in arbitratore compromittentes in bonum virum, & pro ſonctam contractus nō videntur hoc egiſſe, cum ſciant in huiuſmodi tranſactione non eſſe ſolemnitates neceſſarie adhibendas in ipſa declaratione arbitramēti. Nec ſuper hoc prouiderunt ipſe partes &c.*

Secundo

Secundo oppono contra hanc l. dicitur hic, ꝙ ab appellatione arbitratoris nõ receditur, ſed contra, pri. videtur ꝙ ad arbitrium boni viri recurri poſſit l. ſi ſocietatem §. arbitrorum ſupra pro ſo. ſol. eſt vera ſecũdum glo. hic & ibi Bar. & doct. ibi arbitratus erat, et male, vt ibi colligitur iũcta l. vnde ſi nerue, hic vero non eſt arbitratus. Et ratio eſt ſecundũ eundẽ Bar. & doct. ꝙ quando arbitratus eſt, licet male, cõtractus eſt firmatus, et ſic nata ẽ obligatio, & actio cui deſeruit officium Iudicis in reducẽdo ſecus autem quãdo nullo modo arbitratus eſt, quia tunc contractus non eſt perfectus, nec eſt nata obligatio, nec actio, cui deſeruiat Iudicis officium, vnde nõ receditur à perſona, vt hac l. fi. C. de contrahen. empt. §. ſi præcium inſti. eo l. ſi certa ff. pro ſo. cum ſimil.

8 † *Ex quo ĩfert Bar. hic ꝙ vbi ſuper ſubſtãtialibus contractus eſt firmatus, ſi arbitrator ſuper aliqua qualitate elligitur, ſeu aliquo accidentali, licet ille non arbitretur, recurritur tamen ad arbitrium boni viri, quia contractus eſt firmatus & perfectus, vt ſupra. Exemplum manifeſtè ponit, ſi vendidit aliquis fundum pacto appoſito, ſi aparet emphiteoticus dimi-*

nuatur de prętio, arbitratu Titij, opp.ꝙ apa-ruit fundũ eſſe emphiteoticũ. Mortuus eſt Ticius, hoc caſu dicit recurri poſſe ad arbitriũ. Itẽ exemplificat ſi vendit quis et procedet vnũ de duobus ſuis quẽ arbitrabitur Ticius eo non arbitrante recurretur ad Iudicem, pro qua ſententia vt ſupra firmato cõtractu in ſubſtantialibus, licet arbitrator nõ arbitretur, recurratur tamen ad arbitrium boni viri. Adducit Bar. l. domum de contrahen. empt. & l. ſue rei. cum l. ſequenti eo. tit. In quibus Iuribus ꝙ firmato contractu ſuper eo quod poſtea de nouo euenit, recurritur ad arbitriũ boni viri, & officio ipſo ideſt Iudic. diminuitur pręcium in caſu illarum leg. Secundo facit l. hæc venditio eo. tit. de contrahen. empt. vbi ſublato contractu emptionis ſerui ſuper illo accidẽtali, rationum ſ. reddendarum per ſeruum, receditur ab arbitrio domini, & itur ad bonnm virum. Tertio facit ratio prædicta, Nam ex quo contractus præſupponitur perfectus, quo ad ſubſtantiam nata eſt obligatio, & actio, cui deſeruiri poteſt offic. Iudicis in reducendo, licet ergo non arbitretur ſuper alio recedi poterit & recurritur &c. Quarto adducitur l. ſi in emptione de

ne de contrahen. empt. vbi ſimiliter quia contractus erat firmatus, poſtea quo ad acceſſionẽ ſerui Stici, licet non ſit declaratus ille Stichus, ſubſtinetur contractus quo ad Stichum, quem ſenſit venditor, ergo &c. Quinto pro hac opi. adducitur §. ſi cui.iuſti. dele. vbi eodem modo circha illud incidens de vſufructu recurritur ad Iudicis officium, ideo quia legatum erat perfectum. Sexto pro hac ſententia facit l. 1. cum ibi not. ſupra deleg. vbi ſi conferatur legatum in arbitrio alterius, diſtinguitur, aut per viam condictionis, et ſi non arbitretur non valet ſicut nec ſub alia condictione, aut per viam diſpoſitionis, & tunc benè receditur à perſona ſua, vt ibi habetur, ergo in propoſito, cum hic preſupponitur electum arbitrium diſpoſitionaliter ſuper contractu receditur à perſona &c. Septimo adducitur l. continuus §. cum ita, & §. Item qui inſulam, infra eo. tit. vbi ſuper dilatione temporis licet non ſit à partibus limitata recurritur ad boni viri arbitrium, ergo &c. Octauo facit pro hoc l. cum prius §. gener. ſupra de Iure. do. l. iij. C. de doc. promiſ. vbi firmato malo contracto ſuper conſtitutione dotis mulieris receditur à perſona,

 ergo

ergo &c. Nono pro hac ſententia facit l. ficus ff. de leg. iij. vbi legata libertate ſerui. ita vt eum hæres doceat artificium &c. quo ad illud artificiū licet non deſignatur, recurritur ad Pretorē, ergo ſimiliter in caſu iſto. Ad hoc etiam accedit l. iij ſupra de au. lega. vbi firmato legato, quod teſtator voluit deberi in ſ quis penſionibus, recurritur ad arbitrium boni viri, quę debent eſſe penſiones illę, ergo idem in caſu noſtro.

29 † Et ſic ex hijs videtur concludi & firmari, ꝙ contractu firmato in ſui ſubſtantia, ſi arbitrator circa aliud aliquod accidens, vel qualitatem aliquam non arbitretur, receditur tamen à perſona, & poſſet recurri ad arbitrium boni viri, & hanc ſentētiam cōmuniter omnes doc.

30 tenent. † Et contrariam opi. ſ. ꝙ arbitrator in contractu electo non arbitretur, licet contractus in ſui ſubſtantia ſit firmatus, nihilominus non receditur à perſona, nec recurritur ad ar[illegible]ium boni viri, tenuit Cyn. in l. ĩ ementis C. [illegible] alien. empt. & Imo. hic. pro qua opi[illegible] l. ſe. iuncta glo. 1. vbi contractus [illegible]tus, & tamen à perſona non recedi[illegible] in l. ea quæ ſui nat. ei ita fuer. in lic. ꝙ

citatio

citatio poteſt fieri ſubcondictione. Itẽ pro hoc facit l. ſi certa, ſup. pro ſo. vbi erat firmatus contractus, à perſona tamẽ nõ receditur, arbitratore ſuper contractu ſocietatis, licet ſocietas etiam ſine aſsignatione partium contrahi poſſit l. coyri, & l. ſi non fuerint co. tit. Nam contrahentes videntur ſub ea condictione contrahere, vt nõ aliter perficiatur negotium, niſi ſecundum ꝙ ille arbitrator arbitrabitur d. l. ſi certa, vbi bonus tex. facit etiam ratio quia ſibi imputet pars, quæ ſe aſtrinxit ad arbitriũ tertiæ perſonæ, quod non eſt quando alias ad bonum virum ex diſpoſitione Iuris res reducitur, vt in Iuribus per Bar. allegat.

31 *† Et primo tenendo hanc ſententiam, particulariter reſpondeo ad contraria. Non obſtare l. ſi domum, & l. ſuæ rei cum ſequenti de contrahen. empt. quia ibi nullus erat electus arbitrator, vnde non obſtat. Ad l. hæc venditio, reſpondeo, ꝙ ibi electum erat arbitrium alterius excontrahentibus, vnde cum per eum ſtat quo minus agnoſcatur, & ſecunda cõdictio im- ...leatur quod tũc habetur pro implecta de cõ- ...on l. 1. de re. Iur. l. in execut. ꝟ. fin. ...electum erat arbitrium tertij quo*

caſu deficiente condictione per caſum ſiue facto partis deficit contractus.
Ad rationem Bar.& doct.reſpondeo ꝙ illa ſola, non eſt ratio, quare recedatur, & recurratur ad arbitrium boni viri, ſed iungenda eſt iniquitas arbitratoris, quæ benè parit reductionem poſſe peti. d.§.arbitrorum,& d.l. vnde ſi nerue, ſequitur ibi ita præcipuum &c. Et ſic prauitas arbitramẽti potius ẽ ratio ſi nihil eſt arbitratum non eſt ꝙ reduci poſſit. Ar. l. nam & ſub condictione §. primus defectus ff.de in iuſto.rup.irritoq; teneo.
Ad l.ſi in emptione,reſpondeo, ꝙ ibi non erat electum arbitrium, vnde nihil facit §. ſimiliter, nec §.alicui.inſti.de lega. Electus erat aliquis, vel aliter vt infra. Ad l. 1 .delega.ij.reſpõdeo, ꝙ illud fauore vltimæ voluntatis procedit l.fi. §.ſed & ſiquis C.cõmunia dele. vt etiam plenè dictum eſt in textu, vel etiam eſt aliunde vt infra proximè dicitur.
Ad l. cum poſt §.gener. & l. iij.reſpondeo ꝙ illud procedit fauore dotis, vbi non ſolum receditur à perſona arbitratoris, ſed etiam valet conſtitutio dotis incerte cum ipſius fauore, tunc quia ſatis ex modo facultatum, & dignitate

tate, certificari poteſt &c. vt d. §. gener. & d. l. 1. de leg. ij. Ad §. cum ita, & §. item qui inſulam, cum ſi. reſpōdeo ꝙ ibi nullus erat electus arbitrator, ideo nimirum ſi ad Iudicem pertineat talis moderatio temporis, cum non fuerit per partes prouiſum.

Ad l. iij. de au. lega. & l. ſtichus de lega. iij. reſpōdeo, ꝙ ibi duplex fauor concurrit, idest vltimæ voluntatis vtſupra tactum eſt, & alimentorū, quod patet ſimiliter in d. l. ſtichus. Nam ex eo artificio debebat ſe adiuuari, et tueri ex diſpoſitione teſtatoris. Et ſic videtur remanere ſecunda concluſio, ꝙ arbitratore à contrahentibus electo non arbitrante, licet contractus in ſui natura, non ſit firmatus, non tamen receditur à perſona, neq; recurritur ad arbitrium boni viri. Et hoc videtur in dubitatum, virtute conuentionis, & compromiſſi, quo collatū erat illud in arbitrium tertij.

32 † *An autem ex actione contractus preambuli ſi præcedat vel ex natura ipſius contractus recurri poſſit ad Iudicem, habetur hic per Imo. in effectu concludentem, ꝙ ſic, vt in Iuribus pro contrarijs allegatis, & in l. ſi extraneus in articulum de condi. ob cauſam.*

Tertio oppono contra hanc l. dicitur hic,ꝙ non receditur à perſona debentis arbitrari, contra oppono,de l.hæc venditio de contrahen.empt. vbi ſiue arbitretur,ſiue non, recurritur ad arbitrium boni viri, ſol. ſecũdum Bar. & cõmuniter doct. Ibi collatũ erat in arbitrium vnius ex contrahentibus, quo caſu ſi non arbitretur, ſtatur per ipſum quominus perficiatur contractus,& habetur cõdictio pro ĩplecta l.Iure Ciuili de cõdi. & demon. de re.Iur. leg. labeo ſcribit ſi mihi bibliothece, de cõtrahẽ.empt.Cõtra hoc inſurgit Cu. dicens, ꝙ l.hæc venditio facit contra docto. Nam ibi ſubſtinetur venditio, quia intelligitur illud collatum in arbitrium boni viri, ſi enim intelligitur arbitrio domini, non valeret,vt ibi dicitur in pre. dicit ipſe ratio doct. eſt falſa.
33 *† Nam quando condictio appoſita in poteſtate, & arbitrio vnius excõtrahentibus dicitur eſſe in eius poteſtate facere valere vel non valere, implere vel non implere l. cum ab eo, vbi not. ſupra de contrahen.empt. l. in teſtamentis in fin. infra eo. tit. & not. in l.à Ticio infra eo.ad quid enim aponetur condictio in eius voluntate, niſi poſſet implere,et non implere, vnde d.l.hæc venditio.*

Reſpon-

Reſpondit aliter Cuma. ꝙ illud ibi de natura ſui erat explican. arbitrio boni viri, etiam ſi à partibus prouiſum non fuiſſet l. cum ſeruus, & ibi habetur de condi. & demon. l. labeo, vbi bonus tex. ibi arbitratu boni viri, ſupra deſta. lib. vnde arbitrium electum intelligitur ſecundam ſubiectam materiam l. ſi vno in princ. ſupra de loc. pro hac ſententia allegatur l. ſi inſulam, & l. ſi in lege, & l. ſi opus, ſupra loca.

34 † Præcedens tamen ſententia verior videtur, per rationes doct. ſed contra facit l. ſi liber. de operi. li. & l. hæc venditio allegata. Et quod dicit Cu. facere contra, non videtur verum.

35 † Nam ideo videtur collata redditio rationum reddendarum in arbitrium boni viri, quia eodem modo electum erat arbitrium domini, vt boni viri videtur, ſi intelligeremus in mera voluntate, collatum eſſet in arbitrio ſuo facere valere contractũ, alias non, vt ibi ſimile adduci poteſt de ſocietate. Nam ſocietas conſtitui poteſt ſine deſignatione partium. Et ille poſtea conficiuntur arbitrio boni viri. Et ſi dictũ ſit, ꝙ altera partiũ conſtituat dicitur illas arbitrio boni viri conſtituere l. ſi ſocietatẽ me cum & l. ſequenti ſupra pro ſo. ꝙ ſi conferant

partes

partes in arbitrium tertij, licet alias fuiſſent conſtituende equè, vel aliter arbitrio boni viri de natura ſua, vt in dictis Iuribus probatur, et in l. ſi non fuerint eo. tit. tamen ſi non arbitratur ille tertius, nõ recurritur ad boni viri arbitrium l ſi certa eo. tit. vbi tex. quod eſt contra fundamentum D. Raph. Cu. glo. in l. cum ſcimus C. de agri. & cenſi. li. xi. confeſſio geminata extra iudicium, habet eam vim quam habet confeſſio emanata in Iudicio, fa. quod not. in c. & ſi chriſtianus, de Iur. iud. vbi de duplicitate verborum eſt not. in cle. cum ad petit. de app. vbi geminata interlocutoria non poteſt reuocari, & vide Bal. in c. ſi. de offic. deleg.

Ad l. cum ab eo cum ſi. Reſpondeo ꝙ ibi erat contracta venditio ſub condictione appoſita in ſola voluntate venditorum, hic autẽ loquitur, quando in arbitrium domini, quo caſu qualificatum intelligitur, tamquam arbitrium boni viri, fa. l. ſideicommiſſ. §. quamquam deleg. tertio. Ad l. ſi in lege, ſupra loca. vbi parificatur caſus arbitrij collati in tertium. An in vnum excontrahentibus, & tamen tertio non arbitrante, non receditur à perſona, vt in pracedẽti articulo, ergo &c. Reſpondeo ꝙ ibi pãrifican-

riſitantur quo ad hoc, vt ſemper debeat intelligi arbitriũ tale, quale faceret bonus vir, de recedendo, aut non recedendo non loquitur ibi l. inſulam, & l. ſi prius, ſimiliter non obſtant, nec faciunt pro. Et ſic videtur relinqui ꝙ collato arbitrio in perſona alterius excontrahentibus in caſu permiſſo, eo non arbitrãte, recurritur ad boni viri arbitrium, pro quo facit optimè, quia taliter accipi non poteſt arbitrium, niſi ſublato contractu, per ea quæ habentur in l. ꝙ ſæpe §. 1. cum concor. de contrahen. empt. vnde nata eſt obligatio & actio, cui deſeruiet officium Iudicis ſuper illo accidentali, quod quodammodo eſt pars ipſius contractus l. fundi partem ſupra de contrahenda empt. Et ſi dicatur non ne iſtud eſt contra ſupradicta in proximo præcedẽti articulo. Nam hic eſt quod imputetur parti contrahenti, quæ voluit arbitrari, vnde hic habetur contractus pro impleto, etiam quo ad illud accidens, & tanquam inique ex hoc verſetur faciendo quo minus contractus perficiatur, hoc caſu Iure merito recurritur ad arbitrium boni viri, quæ ratio ceſſat in caſu ſupra dicto, vbi tertius debet arbitrari. Nam non cogitur ille tertius arbitrari

bitrari

exceptionē quam nō debuit admittere, ſi probata fuerit, debebit ſequi probatio eius poſtquam admiſit, vide Panor. in d.c. cum contingat de oſſi. de leg.

Ad vltimum de l.ſi in tres, reſpondeo, q̄ loquitur in pluribus arbitris, qui omnes habent iudicare et eſſe præſentes, quia de eorum dumtaxat qui ſunt præſentes legalitatis, non ſunt confixe partes & de commodo ipſius arbitri non agitur, hic autem vbi abeſt pars de cuius pincipalis præiuditio ſiue commodo agitur, bene non attenditur abſentia, cum non ſit veriſimile arbitratorem, & bonum virum moueri debere propter aliquem, vel 2. Ideo non valet ſententia vno abſente dicta, quia compromittentes videntur hoc egiſſe, vt vno abſente
27 *pronuntiari non poſſit, † & poteſtas arbitri dependet à compromiſſo l. non diſtinguemus, §. ne de officio, de arbi. hic vero partes in arbitratore compromittentes in bonum virum, & pro ſonetam contractus nō videntur hoc egiſſe, cum ſciant in huiuſmodi tranſactione non eſſe ſolemnitates neceſſarie adhibendas in ipſa declaratione arbitramēti. Nec ſuper hoc prouiderunt ipſe partes &c.*

Secundo oppono contra hanc l. dicitur hic, ꝙ ab appellatione arbitratoris nõ receditur, ſed contra, pri. videtur ꝙ ad arbitrium boni viri recurri poſſit l. ſi ſocietatem §. arbitrorum ſupra pro ſo. ſol. eſt vera ſecũdum glo. hic & ibi Bar. & doct. ibi arbitratus erat, et male, vt ibi colligitur iũcta l. vnde ſi nerue, hic vero non eſt arbitratus. Et ratio eſt ſecundũ eundẽ Bar. & doct. ꝙ quando arbitratus eſt, licet male, cõtractus eſt firmatus, et ſic nata ẽ obligatio, & actio cui deſeruit officium Iudicis in reducẽdo ſecus autem quãdo nullo modo arbitratus eſt, quia tunc contractus non eſt perfectus, nec eſt nata obligatio, nec actio, cui deſeruiat Iudicis officium, vnde nõ receditur à perſona, vt hac l. fi. C. de contrahen. empt. §. ſi præcium inſti. eo l. ſi certa ff. pro ſo. cum ſimil.

28 † *Ex quo ĩfert Bar. hic ꝙ vbi ſuper ſubſtãtialibus contractus eſt firmatus, ſi arbitrator ſuper aliqua qualitate elligitur, ſeu aliquo accidentali, licet ille non arbitretur, recurritur tamen ad arbitrium boni viri, quia contractus eſt firmatus & perfectus, vt ſupra. Exemplum manifeſtè ponit, ſi vendidit aliquis fundum pacto appoſito, ſi aparet emphiteoticus dimi-*

nuatur de pretio, arbitratu Titij, opp.ꝙ apa-ruit fundũ eſſe emphiteoticũ. Mortuus eſt Ticius, hoc caſu dicit recurri poſſe ad arbitriũ. Itẽ exemplificat ſi vendit quis et procedet vnũ de duobus ſuis quẽ arbitrabitur Ticius eo non arbitrante recurretur ad Iudicem, pro qua ſententia vtſupra firmato cõtractu in ſubſtantialibus, licet arbitrator nõ arbitretur, recurratur tamen ad arbitrium boni viri. Adducit Bar. l. domum de contrahen. empt. & l. ſue rei. cum l. ſequenti eo. tit. In quibus Iuribus ꝙ firmato contractu ſuper eo quod poſtea denouo euenit, recurritur ad arbitriũ boni viri, & officio ipſo ideſt Iudic. diminuitur precium in caſu illarum leg. Secundo facit l. hæc venditio eo. tit. de contrahen. empt. vbi ſublato contractu emptionis ſerui ſuper illo accidẽtali, rationum .ſ. reddendarum per ſeruum, receditur ab arbitrio domini, & itur ad bonnm virum. Tertio facit ratio prædicta, Nam ex quo contractus præſupponitur perfectus, quo ad ſubſtantiam nata eſt obligatio, & actio, cui deſeruiri poteſt offic. Iudicis in reducendo, licet ergo non arbitretur ſuper alio recedi poterit & recurritur &c. Quarto adducitur l. ſi in emptione de

ne de contrahen. empt. vbi ſimiliter quia contractus erat firmatus, poſtea quo ad acceſſionē ſerui Stici, licet non ſit declaratus ille Stichus, ſubſtinetur contractus quo ad Stichum, quem ſenſit venditor, ergo &c. Quinto pro hac opi. adducitur §. ſi cui. iuſti. dele. vbi eodem modo circha illud incidens de vſufructu recurritur ad Iudicis officium, ideo quia legatum erat perfectum. Sexto pro hac ſententia facit l. 1. cum ibi not. ſupra de leg. vbi ſi conferatur legatum in arbitrio alterius, diſtinguitur, aut per viam conditionis, et ſi non arbitretur non valet ſicut nec ſub alia conditione, aut per viam diſpoſitionis, & tunc bene receditur à perſona ſua, vt ibi habetur, ergo in propoſito, cum hic preſupponitur electum arbitrium diſpoſitionaliter ſuper contractu receditur à perſona &c. Septimo adducitur l. continuus §. cum ita, & §. Item qui inſulam, infra eo. tit. vbi ſuper dilatione temporis licet non ſit à partibus limitata recurritur ad boni viri arbitrium, ergo &c. Octauo facit pro hoc l. cum prius §. gener. ſupra de Iure. do. l. iij. C. de doc. promiſ. vbi firmato malo contracto ſuper conſtitutione dotis mulieris receditur à perſona,

ergo &c. Nono pro hac ſententia facit l. ſticus.ff. deleg.iij.vbi legata libertate ſerui. ita vt eum hæres doceat artificium &c. quo ad illud artificiũ licet non deſignatur, recurritur ad Pretorẽ, ergo ſimiliter in caſu iſto. Ad hoc etiam accedit l.iij ſupra deau.lega.vbi firmato legato, quod teſtator voluit deberi in ęquis penſionibus, recurritur ad arbitrium boni viri, quę debent eſſe penſiones ille, ergo idem in caſu noſtro.

29 † *Et ſic ex hijs videtur concludi & firmari, ꝙ contractu firmato in ſui ſubſtantia, ſi arbitrator circa aliud aliquod accidens, vel qualitatem aliquam non arbitretur, receditur tamen à perſona, & poſſet recurri ad arbitrium boni viri, & hanc ſentẽtiam cõmuniter omnes doc.*

30 *tenent.* † *Et contrariam opi.ſ.ꝙ arbitrator in contractu electo non arbitretur, licet contractus in ſui ſubſtantia ſit firmatus, nihilominus non receditur à perſona, nec recurritur ad arbitrium boni viri, tenuit Cyn.in l.ĩ ementis C. de contrahen.empt. & Imo.hic.pro qua opinione facit l.ſe.iuncta glo. 1.vbi contractus erat firmatus, & tamen à perſona non receditur, glo.in l. ea quæ ſui nat.ei ita fuer.in lic. ꝙ*

citatio

citatio poteſt fieri ſubcondictione. Itẽ pro hoc facit l. ſi certa, ſup. pro ſo. vbi erat firmatus contractus, à perſona tamẽ nõ receditur, arbitratore ſuper contractu ſocietatis, licet ſocietas etiam ſine aſsignatione partium contrahi poſſit l. coyri, & l. ſi non fuerint eo. tit. Nam contrahentes videntur ſub ea condictione contrahere, vt nõ aliter perficiatur negotium, niſi ſecundum ꝙ ille arbitrator arbitrabitur d. l. ſi certa, vbi bonus tex. facit etiam ratio quia ſibi imputet pars, quæ ſe aſtrinxit ad arbitriũ tertiæ perſonæ, quod non eſt quando alias ad bonum virum ex diſpoſitione Iuris res reducitur, vt in Iuribus per Bar. allegat.

31 † *Et primo tenendo hanc ſententiam, particulariter reſpondeo ad contraria. Non obſtare l. ſi domum, & l. ſuæ rei cum ſequenti de contrahen. empt. quia ibi nullus erat electus arbitrator, vnde non obſtat. Ad l. hæc venditio, reſpondeo, ꝙ ibi electum erat arbitrium alterius excontrahentibus, vnde cum per eum ſtat quo minus agnoſcatur, & ſecunda cõdictio impleatur quod tũc habetur pro impleta de cõdi. & demon l. 1. de re. Iur. l. in execut. §. fin. hic autem electum erat arbitrium tertij quo*

caſu deficiente condictione per caſum ſiue facto partis deficit contractus.

Ad rationem Bar. & doct. reſpondeo ꝙ illa ſola, non eſt ratio, quare recedatur, & recurratur ad arbitrium boni viri, ſed iungenda eſt iniquitas arbitratoris, quæ benè parit reductionem poſſe peti. d. §. arbitrorum, & d. l. vnde ſi nerue, ſequitur ibi ita præcipuum &c. Et ſic prauitas arbitramẽti potius ẽ ratio ſi nihil eſt arbitratum non eſt ꝙ reduci poſſit. Ar. l. nam & ſub condictione §. primus defectus ff. de in iuſto. rup. irritoq; teneo.

Ad l. ſi in emptione, reſpondeo, ꝙ ibi non erat electum arbitrium, vnde nihil facit §. ſimiliter, nec §. alicui. inſti. de lega. Electus erat aliquis, vel aliter vt infra. Ad l. 1. de lega. ij. reſpõdeo, ꝙ illud fauore vltimæ voluntatis procedit l. fi. §. ſed & ſiquis C. cõmunia dele. vt etiam plenè dictum eſt in textu, vel etiam eſt aliunde vt infra proximè dicitur.

Ad l. cum poſt §. gener. & l. iij. reſpondeo ꝙ illud procedit fauore dotis, vbi non ſolum receditur à perſona arbitratoris, ſed etiam valet conſtitutio dotis incerte cum ipſius fauore, tunc quia ſatis ex modo facultatum, & dignitate

tate, certificari poteſt &c. vt d. §. gener. & d. l. 1. de leg. ij. Ad §. cum ita, & §. item qui inſulam, cum ſi. reſpõdeo ꝙ ibi nullus erat electus arbitrator, ideo nimirum ſi ad Iudicem pertineat talis moderatio temporis, cum non fuerit per partes prouiſum.

Ad l. iij. de au. lega. & l. ſtichus de lega. iij. reſpõdeo, ꝙ ibi duplex fauor concurrit, ideſt vltimæ voluntatis vtſupra tactum eſt, & alimentorũ, quod patet ſimiliter in d. l. ſtichus. Nam ex eo artificio debebat ſe adiuuari, et tueri ex diſpoſitione teſtatoris. Et ſic videtur remanere ſecunda concluſio, ꝙ arbitratore à contrahentibus electo non arbitrante, licet contractus in ſui natura, non ſit firmatus, non tamen receditur à perſona, neq; recurritur ad arbitrium boni viri. Et hoc videtur in dubitatum, virtute conuentionis, & compromiſſi, quo collatũ erat illud in arbitrium tertij.

32 † *An autem ex actione contractus preambuli ſi præcedat vel ex natura ipſius contractus recurri poſſit ad Iudicem, habetur hic per Imo. in effectu concludentem, ꝙ ſic, vt in Iuribus pro contrarijs allegatis, & in l. ſi extraneus in articulum de condi. ob cauſam.*

Tertio oppono contra hanc l. dicitur hic, ꝙ non receditur à perſona debentis arbitrari, contra oppono, de l. hæc venditio de contrahen. enipt. vbi ſiue arbitretur, ſiue non, recurritur ad arbitrium boni viri, ſol. ſecũdum Bar. & cõmuniter doct. Ibi collatũ erat in arbitrium vnius ex contrahentibus, quo caſu ſi non arbitretur, ſtatur per ipſum quominus perficiatur contractus, & habetur cõdictio pro ĩplecta l. Iure Ciuili de cõdi. & demon. de re. Iur. leg. labeo ſcribit ſi mihi bibliothece, de cõtrahẽ. empt. Cõtra hoc inſurgit Cu. dicens, ꝙ l. hæc venditio facit contra docto. Nam ibi ſubſtinetur venditio, quia intelligitur illud collatum in arbitrium boni viri, ſi enim intelligitur arbitrio domini, non valeret, vt ibi dicitur in pre. dicit ipſe ratio
33 *doct. eſt falſa. † Nam quando condictio appoſita in poteſtate, & arbitrio vnius excõtrahentibus dicitur eſſe in eius poteſtate facere valere vel non valere, implere vel non implere l. cum ab eo, vbi not. ſupra de contrahen. empt. l. in teſtamentis in fin. infra eo. tit. & not. in l. à Ticio infra eo. ad quid enim aponetur condictio in eius voluntate, niſi poſſet implere, et non implere, vnde d. l. hæc venditio*

Reſpon-

Reſpondit aliter Cuma. ꝙ illud ibi de natura ſui erat explican. arbitrio boni viri, etiam ſi à partibus prouiſum non fuiſſet l. cum ſeruus, & ibi habetur de condi. & demon. l. labeo, vbi bonus tex. ibi arbitratu boni viri, ſupra de ſta. lib. vnde arbitrium electum intelligitur ſecundam ſubiectam materiam l. ſi vno in princ. ſupra de loc. pro hac ſententia allegatur l. ſi inſulam, & l. ſi in lege, & l. ſi opus, ſupra loca.

34 † *Præcedens tamen ſententia verior videtur, per rationes doct. ſed contra facit l. ſi liber. de operi. li. & l. hac venditio allegata. Et quod dicit Cu. facere contra, non videtur ve-*

35 *rum.* † *Nam ideo videtur collata reddictio rationum reddendarum in arbitrium boni viri, quia eodem modo electum erat arbitrium domini, vt boni viri videtur, ſi intelligeremus in mera voluntate, collatum eſſet in arbitrio ſuo facere valere contractũ, alias non, vt ibi ſimile adduci poteſt de ſocietate. Nam ſocietas conſtitui poteſt ſine deſignatione partium. Et ille poſtea conficiuntur arbitrio boni viri. Et ſi dictũ ſit, ꝙ altera partiũ conſtituat dicitur illas arbitrio boni viri conſtituere l. ſi ſocietatẽ me tum & l. ſequenti ſupra pro ſo. ꝙ ſi conferant*

partes

partes in arbitrium tertij, licet alias fuiſſent conſtituende equè, vel aliter arbitrio boni viri de natura ſua, vt in dictis Iuribus probatur, et in l. ſi non fuerint eo. tit. tamen ſi non arbitratur ille tertius, nõ recurritur ad boni viri arbitrium l ſi certa eo. tit. vbi tex. quod eſt contra fundamentum D. Raph. Cu. glo. in l. cum ſcimus C. de agri. & cenſi. li. xi. confeſſio geminata extra iudicium, habet eam vim quam habet confeſſio emanata in Iudicio, fa. quod not. in c. & ſi chriſtianus, de Iur. iud. vbi de duplicitate verborum eſt not. in cle. cum ad petit. de app. vbi geminata interlocutoria non poteſt reuocari, & vide Bal. in c. ſi. de offic. deleg.

Ad l. cum ab eo cum ſi. Reſpondeo ꝙ ibi erat contracta venditio ſub condictione appoſita in ſola voluntate venditorum, hic autẽ loquitur, quando in arbitrium domini, quo caſu qualificatum intelligitur, tamquam arbitrium boni viri, fa. l. fideicommiſs. §. quamquam deleg. tertio. Ad l. ſi in lege, ſupra loca. vbi pariſicatur caſus arbitrij collati in tertium. An in vnum excontrahentibus, & tamen tertio non arbitrante, non receditur à perſona, vt in pracedẽti articulo, ergo &c. Reſpondeo ꝙ ibi pã-

riſican-

riſitantur quo ad hoc, vt ſemper debeat intelligi arbitriũ tale, quale faceret bonus vir, de recedendo, aut non recedendo non loquitur ibi l. inſulam, & l. ſi prius, ſimiliter non obſtant, nec faciunt pro. Et ſic videtur relinqui ꝙ collato arbitrio in perſona alterius excontrahentibus in caſu permiſſo, eo non arbitrãte, recurritur ad boni viri arbitrium, pro quo facit optimè, quia taliter accipi non poteſt arbitrium, niſi ſublato contractu, per ea quæ habentur in l. ꝙ ſæpe §. 1. cum concor. de contrahen. empt. vnde nata eſt obligatio & actio, cui deſeruiet officium Iudicis ſuper illo accidentali, quod quodammodo eſt pars ipſius contractus l. fundi partem ſupra de contrahenda empt. Et ſi dicatur non ne iſtud eſt contra ſupradicta in proximo præcedẽti articulo. Nam hic eſt quod imputetur parti contrahenti, quæ voluit arbitrari, vnde hic habetur contractus pro impleto, etiam quo ad illud accidens, & tanquam inique ex hoc verſetur faciendo quo minus contractus perficiatur, hoc caſu Iure merito recurritur ad arbitrium boni viri, quæ ratio ceſſat in caſu ſupra dicto, vbi tertius debet arbitrari. Nam non cogitur ille tertius arbitrari

bitrari, vtſupra in textu.

36 † *Nunc ſubſequenter quero, quanto tempore duret poteſtas ipſius arbitratoris, Bart. in hac l. dicit, ꝙ poteſtas arbitratoris huiuſmodi finitur eo nolente arbitrari. Allegat l. ſi merces in princ. ſupra loca. ·ſ· pręcium inſti. de empt. & vendi. quod ſatis videtur verum, per id quod habetur in ſimili in c. conſuluit de officio*

37 *deleg.* † *Nam iuriſdictio delegati durat etiã vltra inſtãtiam, & ſic donec voluerit iudicare, vt ibi not. & allegat caſus ſecundum vnũ intellectũ in c. pri. extra de re. iudi. Item etiã donec reuocetur per ſuperiorem l. Iudi. ſolui. ſupra de iudi. l. 1. ar. pro hoc dicto, ꝙ ex quo non eſt pręfinitum tempus in compromiſſo intelligitur perpetuum inſti. de perpetuis, & tẽpora. acti. ·ſ·. 1. Et pro hoc eſt tex. optimus in Aũt. ſi tamen de tẽpo. app. ibi ſ. x. vtiles &c.*

38 † *Plus etiam ſubiungit Bar. ꝙ ſi infra annum non arbitretur, videtur nolle arbitrari l. fi. ·ſ·. ſed & ſi quis C. cõmunia dele. vbi dicit non eſſe ſpeciale fauore vltimę volũtatis, ꝙ ex lapſu anni finiatur poteſtas ipſius arbitratoris, quia aliud eſt in eo ſpeciale, quia à perſona recedatur quantũcumq; non arbitratur, pro hac*

ſententia

39 *ſententia facit, † quia non debẽt duo ſpecia-*
lia in eodẽ actu concurrere l. 1. C. de doc. pro-
miſ. l. deniq; ſupra ex qui. cau. maior. ergo non
videtur dicendum in caſu iſto concurrere illa
40 *duo ſpecialia præd. † bonum eſt argumen. de*
contractibus ad vltimas voluntates l. ſeruum
filij §. cum qui cirographum deleg. 1. & l. quæ
de teſtamento, eo. tit. Cum ergo hoc ſit ſtatu-
tum in vltima voluntate in d. l. fin. trahemus
etiam illud ad contractus. Et hanc ſententiam
allegat, Ange. tenuiſſe, ſi arbitrator eligatur
circa res præſtandas, ſecus autem ſi circa per-
ſonas eligeretur. Nam tunc ſecundum Ange.
poteſtas finiretur cum primum potuit arbitra
ri, & interpellatus hoc non fecit l. cum qui-
41 *dam cum l. ſequenti deleg. ij. † contrariam ve-*
rò ſententiam videtur tenuiſſe Bal. in d. l. fi. C.
de contrahen. empt. Imo. & Cu. & hic, videli-
cet, ꝙ poteſtas arbitratoris in cõtractibus non
finiatur anno, pro hoc facit, quia talis poteſtas
non reperitur aliquo tempore limitata, ergo
videtur etiam vltra annum durare, pro quo
faciunt Iura pro præcedenti dicto Bar. allega-
ta. Item quia licet fuerint opi. quanto tempo-
re duret poteſtas arbitri, alijs dicentibus quin

quenio, alijs triennio, alijs biennio continuo, alijs biennio à die litis conteſtate, vt habetur in l. Item ſi vnus §. *Item multo poſt, & in l.*
42 *ſi compromiſſum ſupra de arbi.* † *vera tamen videtur opinio, ꝙ perpetuò duret, niſi partes terminum dediſſent, vel reuocaſſent; pro qua ſententia, Imo. allegat caſum in d. Aũt. ſi tamen C. de tempo. appo. Et tenendo hanc ſententiã, quæ videtur de Iure melior, et ſubſtan-*
43 *tialior.* † *Ad contraria reſpondetur primo, ad l. fin.* §. *ſed & ſiquis ꝙ. loquitur in vltima voluntate fauore ipſius l. in teſtamentis infra de reg. iuris.*

Non obſtat ꝙ ſit aliquod ſpeciale ibi, quod eſſe non debet &c. Reſpondeo ꝙ iſtud venit in conſequentiam alterius quod bene permittitur, vt not. per Bar. in l. ſiquis ff. de vſur. pro empt. Ex quo enim ſtatutum eſt, vt in vltima voluntate recedatur à perſona, conſequens fuit determinare poſt, cuius tempus lapſum hoc fieri poſſit vt cõmunes voluntates celere habeant exitum l. fi. ſupra communia prædio. l. vel negatur quemadmodum te. aperi. ſenten tia ſemper refertur ad acta glo. in l. ſi quis ad exhiben. de re iudi. in l. ſed & hæc deſuſpet.

tuto.

tuto. Ad illud ꝙ bonum ſit argumentum,&c. Reſpondeo ꝙ hoc eſt verum. vbi ſit eadem ratio in vtroq; , ſed hic maior eſt ratio in vltima voluntate vtſupra dixi, ergo non procedit argumentum ſaltem affirmatiue, vt not. in d.§. cum qui arogatum.

Similiter & ad l. cum quidam, cum l. ſequenti de leg. ij. Reſpondeo ꝙ loquitur in vltima voluntate vtſupra. Et dicitur defenſata illa cõcluſio iiij. ꝙ poteſtas arbitratoris ſolum in cõtractu electi etiam circa re, non finitur anno, ſi negligat arbitrari.

44 *† Quanto autem tempore duret, quando arbitrium eſt collatum in perſona alterius excon trahentibus, non tertij, habetur per Bart. hic, & per doct. etiam in l. 1 .de leg.ij. quantum ad vltimas voluntates d.c.quintauallis.*

45 *Nunc autem queritur vtſupra in euidentialibus dictũ fuit, ſi arbitrator nunquam laudat ſiue pronuntiat, poteſt peti reductio ad arbitrium boni viri per d. §. arbitrorum. Quero nunquid illi tali beneficio petende reductionis poſſint partes renuntiare. Et quia ſuper hoc diffuſo, & difficili articulo varia fuerunt ſcripta opiniones, vt habetur per Dyn. in allegata*

ta ſcien-

ta ſcienti de re. iur. in vi. & in l. quidam cum filium infra eo. per Cyn. in l. cum antea C. de arbi. per Bal. Ange. & Guliel. de Cu. in l. ſi vnus §. illud de pac. per Guliel. de Cu. in l. ſi quis ex conſenſu C. de epiſcopali audi. per But. & Bart. in §. arbitrorum per Cano. ampliſſi-
46 *mè in d. c. quintauallis. † Veniam ad paſſum in quo reſidet amplior difficultas, primo enim quando ſimplici renuntiatione fuit renuntiatum, parua videtur dubitatio renuntiatum non tenere, & non obſtare, quia ius de futuro non renuntiatur, ſed præterito tolli poteſt l. 1. C. de pac. cum ibi not. per glo. in c. cum multiplici. extra de deci. Et in hoc cõcor. omnes, quando non per pactum fuit facta renuntiatio, tenuit Guido de Suza, ꝙ tunc valet indiſtinctè, Ia. autem But. hoc caſu variè loquutus eſt. Aliquando enim viſus eſt diſtinguere, an læſio, vel iniquitas conſurgat ex propoſito. Et tunc non valet renuntiatio, quia dolus de futuro &c. d. §. illud, an verò contingat re ipſa, & tunc valet renuntiatio. Aliquãdo autem viſus eſt dicere aliter, vt patet per eum in locis prædictis, & in l. pe. C. de arbi. Guliel. de Cu. vbi ſupra tenet omnino renuntiationem*
non

non valere vt d. ※. illud ne detur materia delinquendi l. conuenire de pac. dot. cum ſi. & in effectu videtur tenere Dyn. in d. c. ſcienti, & in l. quidam cum filium in eo. & Cyn. in l. cũ antea præallegata, & hanc ſententiam tenuit Feder. de Senis in conſilijs ſuis, conſ. cxxv. &
47 *in conſ. cxvi. † Et ſic volunt præfati doct. q ſi læſio eſt valde magna, ſeu maxima, vel magna; adhuc poſſit peti reductio; non obſtante renuntiatione, vbi autem eſſet læſio modica, bene ſentiunt, non poſſe peti per ※. recepiſſe, cũ ibi not. in l. ſi de meis ſupra ſæpe alleg. prædictam tamen ſententiam intelligit Feder. in dictis conſilijs veram, quando renuntiatio fuit ſimplici renuntiatione facta, Secus autem vbi facta eſſet iuramento. Nam tunc bene valet talis renuntiatio, & impediret ne poſſit peti reductio. Secundo nam agredior dubitabilius membrum huius præſentis articuli, vt finalem meam concluſionem attingam, omiſsis diſputationibus prolixis, & magis circa præcedentia quas latiſſimè licet inſpicere in d. c.*
48 *quintauallis per repetentes, † Cum renuntiatio fit ſimplici conuentione. Secus autem, vbi firmata eſſet iuramento. Nam tunc bene valeret*

 leret

leret talis renuntiatio, & impediret, ne poſſit peti reductio. Mouetur primo, quia arbitramẽtum eſt quædam tranſactio, vtſupra multotiẽs
49 *eſt dictum. † Sed à tranſactione iurata recedi non poteſt c. cum contingat de iure iuran. l. ſi quis maior. C. de tranſ. Ergo in propoſito, facta renuntiatione omni Iure non poteſt recedi à laudo per reductionem hanc ad arbitrium boni viri. Secundo addit Fede. iuramentum quod poteſt iurans ſeruare, licet in eo verſetur perfidia eius, cui peioratur, ſeruan. eſt. cap. debitores extra de iure iuran. Ergo quãtumcumque iniquum ſit arbitramentum, ſeruabitur tale iuramentum, nec poterit reductio peti contra fidem præſtitam. Tertio pro hac ſententia facit diſtinctio Butr. de qua ſupra, videlicet quando re ipſa contingit læſio arbitratoris. Nam tunc nullus remittitur dolus, cum præſupponat iſto caſu non interceſiſſe, vnde valere dicitur renuntiatio d. §. illud à contrario, nec inducitur ad delinquendum vtſupra dixi, ſecũdum Guliel. Quarto probatur hoc à ſimili. Nam ſi in venditione contingat læſio re ipſa vlttra dimidiam iuſti prætij, poteſt renuntiari. Et maximè cum*

iura-

iuramento l.ij.C.de reſcin.vend. vt ibi not.per
Odofre. & cæteros, ergo eodem modo renun-
tiare poterit huic reductioni, quando illatum
fuit, damnum re ipſa, non ex propoſito, licet
alias de natura ipſius arbitramenti potuiſſet
reductio peti. Similiter dicitur, ꝙ ex conuen-
tione partiũ poteſt vera pretoria. ſtipulatio-
num alterari l. in conuentus infra eo. Quinto
probo hoc, quia ſecũdum quod dixit Guido.de
Suza. licet ſimplici renuntiatione non poteſt
renuntiari iuri de futuro vt teneat, poteſt ta-
men per pactum l. 1. pręallegata C.de pac. er-
go iſto caſu valebit renuntiatio, maximè vbi
nullus ĩterceſſerit dolus arbitratoris, & inter-
50 uenerit etiam iuramentum, † quod dicitur fa
cere valere actum, eo modo, quo melius valere
poſſit, licet non valeret vt agitur l. cum pater
§. filius matrem de leg. ij. Sexto pro hoc facit
allegata ſcienti de re.iur.lib.vi. & l. 1. §. vſq;
adeo. infra de iniurijs, & l. cum donat. de trã-
51 ſac. † Nam ſcienti & volenti non fit iniuria.
neq; dolus, vt dictis iuribus. Ergo non poterit
renuntians allegare dolum, aut iniuriam ſibi
factam ab arbitratore propter renuntiationẽ,
glo. in c. ſi epiſc. xviij. di. ꝙ vbicumq; extra-

iudicium requiritur, monitio ſufficit vnica requiſitio, & vide Butr. in c. cum cauſam de offi.
52 dele. † Septimo argumentatur ſic, valet pactum ne quis agat depoſiti, licet inducat tacitam doli remiſſionem l. iure gentium §. ſi cum paciſcar, & l. ſi vnus §. illud de pac. ergo ſimiliter hic dicendũ eſt, hic valere renũtiationem licet poſtea in conſequentiam veniret remiſſio
53 doli. Octauo hæc pars videtur probare. † Nã renuntiari poteſt appellationi à ſententia proferendam l. 1. §. ſiquis autem, infra à quibus app. nõ licet l. fin. C. de tẽpo. app. ergo ſimiliter renuntiari poterit huic reductioni, cum & ipſa ſit ſpeties appellationis l. non diſtinguemus §. cum quidam de arbitris. Nono facit regula quia omni iure quo poteſt ſaluari ſine interitu ſalutis æterne debet ſeruari c. verum c. & ſi chriſtianus c. contingat, de iure iurau. c. quãuis de pac. li. vi. ſed iſtud eſt huiuſmodi, ergo &c.
54 † Decimo facit, quia quilibet in re ſua omninò eſt moderator & arbiter l. in re. c. mandati vnde potuit talis renuntians, ius ſuum remittere, & per cõſequens donare, facit l. queritur §. ſi venditor ff. de edili. edic. non ergo datur ſibi regreſſus, ergo &c. vt ibi habetur.

Vnde-

Vndecimo facit, quia videtur iſta renuntiatio teneře, etiam interueniente enormi læſione.
55 † *Nam potuiſſet renuntiari ſibi & præiudicare etiam enormiter compromittendo in arbitrum, cui cogeretur parere quãtũmcunq; iniquè pronũntiaret, ergo ſimiliter dicendũ videtur; q̃ per hanc renuntiationem potuerit hoc*
56 *facere.* † *Duodecimo adducitur pro hac ſententia, quia renuntiari poteſt lite moti l: poſtquam liti. C. de pac. ergo multo magis mouende in cauſa reductionis arg. l. patre furioſo. de hijs qui ſunt ſui, vel alieni iuris. Tertiodecimo adiuuatur hoc, pro hoc quod habetur in ſimili in Aut. ſacramenta puberum C. de aduer. veni: vbi iure conualidat contractum, & ſic etiam renuntiatus minoris, & excludit ipsũ à beneficio in integrum reſtituendũ, vbi alias non excluderetur. Ergo ſimiliter dicendũ eſt in propoſito, & adhuc fortius, cum hic nõ præſumatur*
57 *fuiſſe minor etas.* †. *Decimo quarto pro hoc facit, cum ibi not. per Inno. c. ij. de Iure iuran. vbi etiã contra Iuramentum meticuloſum non venitur, ſed datur remedium abſolutorium, cũ ergo in caſu iſto poſt renuntiationem nõ præſupponatur obtẽta abſolutio dicendũ erit non*

poſſe peti reductionem. Quintodecimo poſſent adduci multa ſimilia, in quibus iuribus habetur confirmari & validari, quod alias non valeret, vt patet in c. quemadmodum, vbi valet promiſſio mariti de non accuſando vxorem de adulterio, iuramento tamen firmatur, Item de eo quod habetur in c. ſignificante extra de pigno. vbi pactum leg. cõmiſſorie quod in pignore reprobatur l. ſi. C. de pac. pigno. firmatur Iuramento, vt habetur ibi. Item de obligatione fundi dotalis cõſentiente muliere, quę firmatur Iuramento c. cum contingat ſupra allegato. Item de renũtiatione hæreditatis paternę, quæ ſimiliter iuramẽto firmatur c. ij. de pac. li. vi. Ergo eodem modo dicendũ videtur, ꝙ alias talis renuntiatio non valeret, debeat tamen vinculo Iuramento confirmari. Sexto decimo
58 *facit allegata. † Nam licitum eſt cuicunq; renuntiare iuri ſuo, & pro ſe introducto l. ſiquis in conſcribendo de pac. & de epiſcopis & cle. l. ſi Iudex circunuento de minor. l. queritur §. ſi venditor ff. de edili. edic. cum multis ſimil, ergo &c. Decimo ſeptimo facit quia partes per talem cõmunem renuntiationem videntur vnà conuenire quid ſit iudicandum, cum illud*

omnino ſeruari voluit, ergo valere dicitur argumẽto leg. ſi cõuenerit de re iudi. Et ſic ex ſupradictis omnibus, videtur relinqui concluſio, ꝙ ſi renuntiatus fuerit reductioni, ad arbitriũ boni viri cum iuramento, non poſſit vlterius ipſa reductio peti, licet enormis ſequuta ſit læſio, quod etiam videtur Hoſti. tenuiſſe in d. c. quintauallis, niſi fortè arbitrator præcepiſſet contra Deum, allegat quod habetur extra de arbi. c. ij. & in c. ad aures, de eta. & quali. contraria tamen ſententia equior videtur, & etiam de Iure verior ſ. ꝙ ſi ſit renuntiatum cum Iuramento reductioni ad arbitrium boni viri. Si tamen ad huc enormis læſio accederit poteſt peti reductio ad arbitrium boni viri nõ obſtante renuntiatione. Et hanc partem videtur cõmuniter ſequi docto. vt ſupra patuit in princ. queſtionis. Guliel. de Cu. in d. §. illud, etiã ſine iuramento facta renuntiatione. Dyn. in locis preallegatis, & Cyn. & Bar. in d. §. arbitrorum; ſpecu. in tit. de arbit §. arbiter verſiculo ſed pone, & in §. fin. verſiculo ſed compromiſſum, & pleriq; alij, pro qua opinione facit primo, quia negari nõ poteſt ex tali peiora tione collata propter renuntiationẽ dari arbi-

tratori materiam delinquendi leg. conuenire de pac. doc. vt dicit Guliel. facit adhoc l. 1. §. ſi aduerſus vend. & d. §. illud. cum ſimil. Et ſi dicatur non poteſt preſumi &c. l. 1. C. ad l. Iul. repe. Reſpondeo ꝙ renuntiatio ad hæc propriè
59 *& directè tendit. † Nam non poteſt aliter peti reductio niſi magna læſio interuenerit, quod ſine aliquo arbitratoris dolo difficile euenire poteſt propter magnam iniquitatem, argumento l. omnes. §. Lucius quæ in frau. credi.*
60 *Secundo eſt ferè idem argumentum. † Nam poteſt remitti dolus & iniquitas de futuro l. 1. §. ſi conuenerit ff. depoſi. l. in comodato in princ. ff. como. l. ſi vnus §. illud allega. Tertio ꝙ poſſit reductio peti non obſtante renun-*
61 *tiatione facit, † quia iſta renuntiatio habet in ſe tacitam conditionem, niſi dolus arbitratoris interceſſerit ex propoſito, vel etiã re ipſa ſecundum Dyn. Nam excepta videtur legalis auctoritas arg. l. quero §. inter locatorem ff. loca. & l. quidã cum filium, infra eo. tit. Quar-*
62 *to facit, † quia renuntiatio habet vim donationis l. ſiquis delegauerit infra de noua. & not. in l. ij. C. ſi aduerſ. vij: quæ donatio videtur trahi ad modicam quantitatẽ non ad enor*

mem

mem prout preſupponitur arg. l. hæc adiectio de verb. ſigni. glo. in l. pe. ff. de dona. not. in l. ij. C. quādo fiſ. vel pri. Idem operatur reſtitutio in incorporalibus, quod traditio in corpo-
63 ralibus. Quinto pro hoc facit, † quia compromiſſum ſemper illam habet conditionē, ſi equè arbitretur, non autem, vt enormiter, ſeu grauiter, damnificari velit contrahentes, leg. vnde ſi nerue, ſupra pro ſocio l. ſi libertus de operis
64 lib. c. quintauallis ſupra allegat. † Idem etiā habetur generalis remiſſio & renuntiatio. Argumento leg. ſupradictarum & l. creditor §.
65 Lutius, ſupra mandati. Similiter & iuramētum habet eandem conditionem l. ſi. C. de non num. pecu. d. l. ſi Libertus & d. c. quintauallis. Pro hac ſententia facit optima ratio. Nam renuntiantes reductioni ad arbitrium boni viri, ſub quadam ſpe & confidentia, videntur renūtiare, videlicet confidētes de legalitate, & probitate ipſius arbitratoris, vt probat tex in c. veniens & ibi glo. extra de iure iuran. cum ergo non ſit pura & libera renuntiatio, ſed conditionata vt ſupra, & ſub illa confidentia, quæ poſtea deficit propter enormem læſionem, bene ſequitur ꝙ poterit ipſa reductio peti dicto caſu

propoſi

propoſito pro quo c.quintauallis & c. venientes c. ad noſtram el 3. de Iure iuran. poſtre-
66 *mò pro hoc facit, † quia Iuramentum diudicatur ex mente iurantis, nec eſt trahen. ad ea quæ non veriſimiliter Iurans ſe non vellet aſtringere, vt in c. pe. extra de Iure iuran. & d.c. veniens c. ad noſtram eo. tit. & not. in c. ex parte el 2. de no.re.fa.l. obligatione generali de pigno.Sed ſi interuenerit in primis magna quantitate, vt hic præſumitur interceſiſſe,inducitur ex hoc præſumptio doli. argumẽto l. omnes §. Lucius ſupra de hijs qui no. in fa. not. in l. qui teſtamentum per glo. ſupra de proba. dolus autem nũquam venit in generali reſtitutione aut remiſſione d. l. creditor §. Lutius, ſupra mandati, vtſupra dictum eſt. Et hæc omnia videntur maximè vera, vbi ſimplex fuit facta renuntiatio, & iuramentũ; vbi autem fuiſſet declaratũ à partibus,et dictum, non poſſe peti reductionem quantuncumq; maxima contingeret læſio, tunc maior eſſet dubi-*
67 *tatio. † Nam tunc dicitur conſtare de mente ipſarum partium per verba earum, in incertis enim, et non in his quę certa ſunt, locus eſt coniecturis l. continuus §. cum ita de verb.oblig.*

In dubio

In dubio autem videtur ſupradicta diſputatio procedere, licet adhuc hoc caſu ſint, qui dicant poſſe peti reductionẽ propter condictionem tacitam ſub intellectam de qua ſupra, quod tandem difficilius ſubſtineri poſſet, Ex quo videtur à partibus eſſe in genere de tali læſione cogitatum, quod ſufficere dicitur argumento l. qui iure militari ff. de teſt. mili. & l. ſicut certi & l. ſi cum vel in vtero C. de milit. teſt. niſi dicatur, ꝙ iſta cogitatio non fuit ſimplex nec pura, ſed cõditionalis, vt ſupra tactũ eſt, et infra dicetur. Reſpondeo ad contraria, & poteſt hoc declarari, quia res depoſita eſt in arbitrio tertij, tanquam boni viri, quod non feciſſet pars ſi libere donare voluiſſet, in l. non Iure militari, & ſimil. nã ibi agebatur ſolum de arbitrio ipſius cogitantis, & renuntiantis. Ex ſupra dictis igitur omnibus videtur cõ cu-
68 *dendũ, & erit vltima concluſio, in ordine, † ꝙ renuntiatio reductionis ad arbitrium boni viri, etiam Iuramento firmata, renuntiantem nõ excludit quominus adhuc reductio peti poſſit in caſu læſionis enormis,*

69 *† Ad argumenta cõtraria ex prædictis patet ſol. ſed vt particulariter ſatisfiat ad primum.*

Reſpondeo

Reſpondeo ꝙ non eſt vera tranſactio, vt infra declarabo. In dub. ſeq. an de Iudice reducente &c. vel 2. Reſpondeo, ꝙ à tranſactione pura & ſimplici facta ab ipſis partibus, non dicitur excedi vt in contrarijs, ſed commiſſa fuit ſub arbitratu tertij ſubcondictione, quæ non extitit, vtſupra dictum eſt.

Ad ſecundum de c. debitores. Reſpondeo, ꝙ ibi ita non inducitur quis ad delinquendum ſicut hic. Ex quo fenerator expoſuit ſe ad fenerandum, hic autem arbitrator nõ eſt expoſitus ad iniquè arbitrandum; ſed ad illud per talem renũtiationem induceretur, ſi diceremus per hoc eſſe partibus viam precluſam, vel 2. Reſpondeo vt ſupra, quia ibi iuramentum fuit præciſum & purum, hic non.

Ad ſecundum, Reſpondeo ꝙ immo videtur remitti dolus, cum enormitas faciat præſumi dolum vt dictum eſt. vt d. l. omnes §. Lucius, vel aliter reſpondeo, ꝙ licet ceſſaret dolus, ſuper eſſet tamen alia ratio, quia ad talem enormitatem quam partes nõ cogitarunt in dubio, vt ſupra dictũ eſt, non debet trahi iuramentũ, nec renuntiatio per Iura pro hac parte allegata. Similiter reſpondeo ad quartum fatendo contraria

traria in expreſſa & pura remiſſione, quam voluit & potuit pars facere huiusmodi nõ eſt in caſu noſtro vtſupra dixi. Eodem modo, Reſpondeo ad quintum & ſextum argumentũ in effectu, vel ad §. filijs matrem reſpondeo, ꝙ illud eſt ſpeciale fauore vltimæ voluntatis, cuius ẽt fauore multa ſpecialia ſunt recepta l. in teſtamentis infra de re. iur. vel poteſt dici, ꝙ ibi bene fuit à defuncto cogitatus, ex cuius voluntate dependebat, hic verò de tali læſione nõ fuit in dubio actum vtſupra. Ad ſeptimum de l. ſi vnus §. illud. Reſpondeo, ꝙ immo ille §. facit pro, quam contra. Nam non valet pactum nequis agat depoſiti ratione doli futuri ſecundum intellectum Bar. & docto. cõmuniter, niſi remiſſa eſſet res depoſitario, quo caſu dominus factus non tamen teneretur l. in re mãdata C. man. alias autem per talem conuentionẽ non dicitur remiſſa res ſecũdum ipſum, alleg. leg. ſi ei qui ſupra de li. lega. Et ſic ille §. facit pro. vel 2. Reſpõdeo vtſup. ꝙ ibi ſimplicitr remittitur, hic nõ &c. glo. in l. iij C. fin. regun. ad probat. dñi, quando teſtis deponit, ꝙ vidit talem arare, ſeminare, putare vineas &c. Et vide de camparijs l. aut qui aliter §. 1. ꝙ vi. aut clã.

Ad

Ad octauum Reſpondeo, ꝙ loquitur in Iudice, in quo maior eſt induſtria, & pro eo præſumitur, cum vt plurimum ſit peritus, arbitrator verò imperitus, tamen quia iurat Iudex, vt in Aũt. vt ius iuran. quod præſta. ab hijs. & datur à ſuperiore. ſeu eligitur à publico, & habet ſeruare ordinem Iuris, & ſecundũ leg. Iudicare, vnde facilius ſubſtinetur ſententia ſua, quam non reclametur ad arbitratorem, Item cum ita non inuitetur Iudex ad male iudicandum, ſicut arbitrator, † cum Iudex imperite
70 *male iudicãs faciat litem ſuam l. ſi filius famil. ſupra de Iudi. ſ. vt in quãtum bono viro videbitur teneatur, vt ibi habetur, & in l. fi. infra de varijs, & extraor. cogni. & inſti. de obli. quæ ex quaſi delic. in princ. Non ſic cautũ reperitur in arbitratore, qui per imperitiam ſuã male iudicans non tenetur imputent enim ſibi qui illũ eligerunt, argumento leg. cũ in mandato in fin. ſupra de minor. Et ſic facilius inducetur arbitrator ad male iudicandum &c. Ad contrarium, ꝙ omne iuramentum, quod poteſt ſeruari &c. Reſpondeo vt ſupra, ꝙ verum eſt in puro & ſimplici Iuramento, et ꝙ ſic à partibus illa de re cogitatum quod ſecus hic cõtingit.*

 Ad

Ad nonum Reſpondeo faciendo contrariũ, Ita ꝙ libere donare totum potuiſſet, ſi voluiſſet, ſed cum hic non fecerit pars, primo voluit arbitrio tertij committere ſub illa confidentia de qua ſupra dictum eſt, ꝙ ceſſante illa tacita cõdictione, & ſpe, poſſit reductio peti. Et ſi eſſet
71 *† tacita voluntas in mente retenta nil operatur, vt l. ſi repetendi de condi. ob cauſam. Ad decimum. Reſpondeo, ꝙ illud eſt verum quando ab vno tantum tacitè agetur, ſecus ſi ab vtroq;, vt per glo. in d. l. ſi repetendi, et facit l. 1. eo tit. Ergo non dicetur hæc renuntiatio eſſe ſimplex & pura, cum potius liberè donaſſet vt ſupra. Et per hoc eſt reſponſum ad vndecimum, & etiam ad duodecimum motiuum, vel aliter ad iſtud dici poteſt, ꝙ quando renuntiatur liti iam mote partis eſt certa omnino, nec amplius expectat alicuius legalitatem. Ideo renuntiatio ſua tanquam certa, & pura ſibi præiudicat, hic aũt cõmittit ſe arbitrio tertij, adhuc ſperans in eius probitate, ergo &c. vt ſup. Ad aũt. ſacramenta puberum, ſimiliter patet reſponſio per ſupradicta, vel aliter dici poteſt, ꝙ non obſtat. Nam ibi ſolum iuramentũ operatur, vt habeatur loco maioris, non autem*

quin in caſu noſtro ſi renuntiaſſet reductioni, licet haberetur pro maiori, poſſet reductionem petere. Ad c. ij. extra de Iure iuran. cum ibi not. Reſpōdeo ꝙ ibi illa abſolutio ſit ad cautelam, vel exponi dicimus verbum abſoluimus. ideſt abſolutum oſtendimus ſecundum glo. ibi, ſed fortius ob c. ſi vero eo. tit. iuncta glo. & quæ not. in c. Abbas extra ꝙ me. cauſa. Sed

72 *reſponſio patet ex ſupradictis † Nam iuramē tū purū & ſimplex, licet per metū ex tortū bene eſt obligatoriū ipſo Iure, quia volūtas, licet coacta, volūtas eſt l. mulier §. 1. ſupra ꝙ me. cauſa, & xv. q. 1. merito. Sed hoc noluerunt partes, nec hoc egerūt, vtſupra declaratū eſt. Ad ſimilia xv. loco aducta, ſimiliter ex prædictis eſt reſponſum, maximè ad c. quemadmodū. Nam ideo valet talis promiſſio iurata, quia nuda & ſimplex vnde non trahitur ad incogitata, videlicet ad adulterium contrahendum vt ibi habetur, ergo ſimiliter nec in caſu iſto trahetur ad cauſam enormis læſionis à partibus in cogitatum.*

Ad penultimum, ꝙ quilibet poteſt ſuo fauori renuntiare &c. Reſpondeo vtſupra. Et ſi dicatur ꝙ hoc modo renuntiatio, vel iuramentum

nihil

nihil operabitur contra l. 1. ad municip. l. ſi quando in princ. de leg. 1. Nam ſi non poteſt arbitrator ledere perſonam niſi in modica quãtitate, parũ aut nihil videtur ampliata poteſtas ſua, cum iſtud antea facere potuiſſet. Ita ꝙ non habuiſſet locum reductio, vt not. per glo. & doct. in l. ſi de meis §. recepiſſe ſupra de arbi. ad hoc reſpondetur, ꝙ immo operabitur re-
73 *nuntiatio & iuramentum, † quia poterit arbitrator pro bono partis ledere partem, non ſolum in modica ſed etiam in magna, quod ante non poterat, dummodò non ledat in enormi, vel nimis magna, argumento l. hæc adiectio de verb. ſig. Et hoc eſt quod præclarè voluit But. ibi in d. c. quintauallis, & ibi Imo. & etiam ibi ſenſit Hoſtien. dum dicit, ꝙ in caſu queſtionis iſtius poterit implorare Iudicis officium, vt occurratur iniquitati arbitratoris. Idem ſenſit in dicto §. arbitrorũ, qui intellexit dictũ Hoſti. quãdo iniquitas fuit nimis in magna quãtitate, quo caſu ille exceſſus in tã magna quãtitate facit dolũ pręſumi, ſecũdũ Bar. in d. l. oẽs §. Lucius, qui nunquã venit in gñerali remiſſione. Ad vltimum de l. ſi conuenerit de re iudi. ex prædictis patet reſponſum, vnde dicitur defen-*

ſata remanere ſupradicta concluſio, quia renuntiatio reductionis ad arbitrium boni viri, licet iuramento firmata, non excludit renuntiantē ab ipſa reductione in caſu læſionis enormis. Ex prædictis patet, quomodo poteſt quis
74 *excludi à petenda reductione, † quomodo aũt quis excludatur ideſt infra quantum tempus poſſit peti reductio. Alias ſit excluſa pars læſa, habetur, per Bar. in d. §. arbitrorum, per Spec. in tit. de arbi. §. ſequitur verſiculo infra quãtum tempus, per Cano. in d.c. quintauallis, & alibi per cæteros in pleriſq; locis, vbi varie referuntur docto. opi. Ad quæ loca pro nunc ſola remiſſione contentus ero.*

75 *† Sed quia ſupradictum eſt de reductione, quæ petitur ad arbitrium boni viri, quæ iura interpretata ſunt iudicem ordinarium l. vir bonus infra iudi. ſolui. l. continuus §. cum ita infra eo. & ſecundum Bar. infra eo. §. arbitrorũ, eſt iudex cauſæ principalis, ſiue petatur Iure actionis l. vnde ſi nerue, ſupra pro ſo. ſiue per officium Iudicis l. ij. vbi et apud quem, licet referat aduocatos dicere, ꝙ ſit Iudex appellationis, quia eſt ſpecies appellandi, leg. non diſtin-*
76 *guemus §. cum quidam, † conſequens eſt vide*

re quid

re quid ſi Iudex malè reduceret, nunquid à tali ſentẽtia Iudicis reductionis, ad quem recurſum eſt, vt ad bonum virum, poſſit appellari, in quo articulo arguam ad partes, deinde ſingulas partes amplectendo reſpondebo ad argumẽta contraria. Primo igitur aſſumendo partem affirmatiuam huius dubij argumento ſic, ꝙ poſſit appellari. Nam edictum de app. eſt permiſſorium, probatur quia certi caſi ſunt & cauſe in quibus appellare non licet, vt in tit. ff. &c. quorum app. non reci. & quando app. ſupra de app. nõ reci. & à qui. app. non licet. Sed natura edicti permiſſorij eſt illa, vt id quod non reperitur expreſsè prohibitum intelligatur eſſe permiſſum l. mutus ⸹. 1. de procur. ſ. l. 1. ſupra de teſti. l. ab ea parte ſupra de proba. l. nec non ⸹. ꝙ eis ſupra ex quibus cau. maio. modò nõ intelligitur prohibitum hoc caſu appellare,
67 *ergo non intelligetur permiſſum. † Secundo probatur per regulam l. & in maioribus C. de app. etiam in multis, in l. litigatoribus eo. tit. quæ habet, ꝙ in omnibus Iudicibus, quicunq; ſint poſſit appellari, à qua regula hic caſus nõ probatur exceptus. Igitur ſtandum erit regulæ ⸹. vt Aũt. de non alienando, not. in l. 1.*

infra de re. iur. leg. in hijs ſupra de leg. iij. Comprobatur hec pars à ſufficienti partiũ enumeratione, quod eſt validum argumentũ in iure noſtro l. patre furioſo ſupra de hijs qui ſunt ſui, vel alie. iuris. l. obligationũ ferè §. placet ſupra de actio. & ob. cum ſimi. Nam inter caſus prohibitos, in quibus appellari, non poteſt non enumerantur iſte, igitur &c.

78 † *Quarto argumentatur ſic, ſpeciale eſt in quibuſdam Iudicibus vt ab ipſis non appelletur vt à Principe Senatu præfecti Prætorio l. 1. in princ. C. de ſente. præfec. præto. l. 1. in princ. §. 1. ff. à quibus app. non licet l. 1. ſupra de offi. præfec. præto. l. 1. C. de ſen. præfec. præto. ergo in contrarium eſt Ius cõmune l. ſi vero §. de viro ſupra ſol. matr. Sed iſte Iudex non præſupponit de illis, ergo &c. & hæc quatuor motiua ad idem tendunt.*

79 † *Quinto argumentatur ſic, non eſt alicui Iure auxilium denegandũ l. 1. C. de Sen. præfec. præt. ſed appellatio eſt iure remediũ, cũ quo ini quaſententia corrigitur l. 1. in princ. de app.*
80 *leg. præfec. ſup. de mino. ergo &c. † ſol. non eſt iniquitas ſuſtinenda, nec debet via aperiri iniquitati l. 1. C. de hijs qui ve. eta. impetra.*

l. ij.

l. ij. C. de Iudic. vi. tol. l. meminerint C. vnde vi. Si diceretur non poſſe appellari, tolleraretur iniquitas huius Iudicis, vt ſibi aperiretur via male reducendi contra l. conuenire de pac. doc. ergo &c. maximè vt metu appellationis arceatur à male iudicando, argumento l. 1. in princ. ſupra alleg. de app.

Septimo adiuuatur hæc ſententia ex idemptitate rationis. † Nam quando aliqua eadẽ ratione reſpõdentur, non debẽt diuerſo Iure cenſeri l. 1. §. hoc interdictum ſupra de fonte. l. à Ticio infra eo. cum ſi. Sed ſententia Iudicis et arbitratoris participant in ratione remedij adhibendi parti grauate, quod patet, quia iniquitas in vtroq; caſu eſt cauſa remedij, vt probatur ex coniunctione l. ſi nerue ſupra pro ſo. l. 1. in princ. de app. l. præfecti ſupra de minor. cum ſimi. ergo &c.

Octauo argumentatur ſic, arbitramẽtum cenſetur quædam tranſactio à partibus inita mediante arbitratore, ſed ſi poſt ueram & ſimplicem tranſactionem factã, proceſſum ſit in cauſa, & feratur ſententia ſuper eodem negotio, valet ſẽtẽtia, & ſic appellari poterit, vt probatur in l. eleganter in §. ſiquis poſt ff. de cõdi. inde.

